COMMENTATIO
HISTORICO - PHILOLOGICA
DE
MONTIBUS
E B A L
E T
G A R I Z I M

DEUTERONOMII XXVII, 4.

AUCTORE

JOHANNE MICHAËLE LOBSTEIN, Argent.

AA. LL. M.



ARGENTORATI,

Impenſis JOH. FRID. STEIN, Bibliopolæ.

Excudebat JOH. HENRICUS HEITZ, Univerſ. Typographus.

MDCCLXXIII.

Superiorum Auctoritate.

Digitized by Google

PROLOGUS.

Pentateuchus Samaritanus, qui per mille annos ſanctioris diſciplinæ Doctores Chriſtianos latuit (*a*), Seculo decimo ſeptimo ex Orientali plaga in Occidentis regiones penetravit. Scaligeriana (*b*), Uſſeriana (*c*) & præcipue Moriniana (*d*) induſtria tot ſibi peperit lauros, ut patrum jamjam

(*a*) Hieronymus, Euſebius Cæſareenſis, Cyrillus Alexandrinus, Procopius Gazæus. Diodorus Tarſenſis codicum Samaritanorum mentionem faciunt. Et quidem illa ipſa loca, quæ excitant in ſcriptis ſuis, deſumta ex codicibus Samaritanis, conſpirant omnino cum codicibus noſtris, quæ quidem ſatis probant eſſe hos eoſdem cum ipſis codicibua, quos patres iſti verſabant. Abhinc horum Doctorum memoria, nulla amplius codicum mentio occurrit ad ſeculum XVII uſque. Hieronymus in Præf. Lib. Regum T. III Opp p. 18. Lit. D. ſic: *Samaritani Pentateuchum Moyſis totidem litteris ſcriptitant; figuris tantum & apicibus diſceptantes. Certumque eſt Eſdram ſcribam legiſque Doctorem, poſt captam Hieroſolymam & inſtaurationem templi ſub Zorobabel alias litteras reperiſſe, quibus nunc utimur, cum ad illud uſque tempus iidem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint.* Lib. III. in Ezech. C. IX. T. V. p. 337. Lit. H. & Quæſtionibus in Geneſin C. IV. 8. teſtatur hæc verba: Cain ad Abelem, *tranſeamus in campum*, in codice Samaritano haberi, ſed non in Ebraico. Idem teſtatur Cyrillus de Samaritanis & Judaicis codicibus. Eadeo illa verba reperimus in noſtris codicibus: ויאמר · קין ·אל· הבל· אחיו· נלכה· השדה: *Dixitque Cain Abeli fratri ſuo: tranſeamus in campum.* Samaritanis adverſus Judæos conſentiunt LXX. Interpretes & vulgata editio. Idem facit antiquiſſimus Interpretes Syrus: ܘܐܡܪ ܩܐܝܢ ܠܗܒܝܠ ܐܚܘܗܝ ܢܐܙܠ ܠܦܩܥܬܐ ܘܗܘܐ ܟܕ ܗܘܘ ܒܚܩܠܐ ܘܩܡ ܩܐܝܢ ܠܘܬ ܗܒܝܠ ܐܚܘܗܝ ܘܩܛܠܗ. *Et dixit Cain Abeli fratri ſuo, proficiſcamur in planiciem, & factum eſt, cum eſſent in agro, ut ſurgeret Cain adverſus Abelem fratrem ſuum & occideret eum.* Quid? quod Judæi ipſi lacunam eſſe in hoe loco fatentur. Iden Maſorethæ in medio illo verſu magnum ſpatium vacuum reliquerunt, ut ſcilicet aliquid deeſſe ſignificarent: oec hac re contenti ad marginem adnotarunt, כח פסו׳ פסקי׳ במצע׳ פסוק *viginti octo ſunt verſus qui deſinunt in medio verſus.* Aliquid deeſſe ipſe textus clamat, *Dixitque Cain ad Abel fratrem ſuum, cumque eſſent in agro, conſurrexit Cain.* Quid vero dixerit, ſilentio obvolvitur. Lacunam conſimiliter explevit Targum Hieroſolymitanum, quod additum eſt primo volumini Bibliorum Venetorum poſt libros Moſis.

jamjam memoria, & præcipue noſtris temporibus, æquiparandus (e), ſi non præferendus (f) ipſi Hebræorum codici videretur ſummis doctrina viris. Neque tamen ad tantam auctoritatem excreverat nemine repugnante, ſtant potius ex parte adverſa viri eruditione & Linguarum Orien-

Moſis. Verba iſtius Targum ſunt ejuſmodi: ואמר קין להבל אחוי איתא ונפוק לאפי ברא: *Et dixit Cain Abeli fratri ſuo: veni & egredere in faciem campi* &c. Poſt ea refert jurgia Cain cum Abele, quibus fratricidium ſubjungit. Sit unicum hoc exemplum propoſitum, ut inde diſci queat. quantum diverſorum codicum & interpretum collatio pro reſtituendo textu originali inſervire queat! Licet enim Deus providentia ſua invigllaturum ſe promiſerit, ne jota periret, attamen nullo mudo, ne humana negligentia polleret, promiſit ſingulis cudicibus eorumque ſcribis peculiari ope, ſive miraculo adſtiturum, ut ne error in textum irreperet. Idem HIERONYMUS in Ep. Pauli ad Galatas III. 10. ubi ex Deut. XXVII. 26. excitatur: *Maledictus omnis, qui non permanſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro legis, ut faciat ea*, ait à Judæis expunctas eſſe voces iſtas *omnis* & *in omnibus*, ne dirarum legis rei convincerentur; atque ideo Samaritanorum volumina conſuluiſſe, in iiſque vocem כל deprehendiſſe Ita prorſus Samaritani codices habent hodierni; *maledictus, qui non permanſerit in omnibus verbis legis hujus, ut faciat ea.* DIODORUS TARSENSIS Num. XXIV. 7. ubi LXX. habent: *& exaltabitur Gog regnum*, notat in Samaritano legi, καὶ ὑψωθήσεται ὑπὲρ Γὼγ βασιλεία αὐτοῦ. Sic omnino noſtri codices: *& exaltabitur præ Gog rex ejus.* Judæi legunt: *& exaltabitur præ Agag rex ejus.* THEODORETUS ex Symmacho legit *Og*. Quæſt. 43. Variarunt exemplaria Hebræa. Memorabilis porro PROCOPII GAZÆI in verſ. 6. & 9. Cap. I Deuter p. 435. ſic: Moſes populum Iſraëliticum alloquitur, *Dominus Deus noſter locutus eſt ad nos in Horeb dicens: ſufficit vobis, quod in hoc monte manſiſtis: revertimini & venite ad montem Amorrhæorum* &c. uſque ad v. 10. Verba iſta, inquit PROCOPIUS, nullibi reperiuntur dicta populo in Horeb, niſi juxta Samariticum exemplar in Numeris poſt duarum Tubarum legem. Eadem invenimus poſt latam Tubarum legem in codicibus noſtris. Nam poſt v. 10. Cap X. tres illi verſus divinitus populo dicuntur, qui præter Samaritana, ab omnibus exemplaribus abſunt. In Lectoris gratiam huc illa referam:

וידבר יהוה אל משה לאמר רב לכם שבת בהר הזה פנו וסעו לכם: ובאו הר האמרי ואל כל שכניו בערבה בהר ובשפלה בנגב ובחוף הים: ארץ הכנעני והלבנון: עד הנהר הגדול נהר פרת: ראו נתתי לפניכם את הארץ באו ורשו את הארץ אשר נשבעתי לאבתיכם לאברהם ליצחק וליעקב לתת לזרעם אחריהם:

Et locutus eſt Dominus Moſi dicens, ſatis eſt vobis habitaſſe in monte iſto, revertimini & proficiſcimini, & venite in montem Amorrhæi, & ad omnes vicinos ejus in campeſtria, in montes & in planiciem, ad meridiem, & ad littus maris; terram Chananæorum & Libani, uſque ad fluvium magnum, fluvium Euphratis: videte, dedi ante faciem veſtram terram illam; ingredimini & poſſidete terram, quam juravi patribus veſtris, Abrahæ, Iſaaco & Jacobo, daturum ſemini eorum poſt eos. Hæc textui Hebræo à Samaritanis in Numerorum libro ſuperadduntur, quæ ſi non ſcripta, ſaltem à Deo tum dicta fuiſſe Deuteronomii auctoritas convincit. Addamus quod ſcribit EUSEBIUS CÆSARIENSIS Lib. I. Chronicorum variæ & omnifariæ hiſtoriæ. Supputat ille Genealogias à Diluvio ad primum Abrahæ annum ſecundum LXX. Interpretes, ſecundum Hebræum textum Samaritanorum. Hiſque recenſitis numeros Samaritanorum numeris LXX. Interpretum omnino conſentire affirmat. ὁμοῦ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ, ἐπὶ τὸ α΄ ἔτος Ἀβραὰμ, ἔτη ϡμβ΄, ὅπερ ἦν καὶ κατὰ τὴν τῶν ό ἑρμηνείαν. *Simul collati à Diluvio ad primum annum Abrahæ anni ſunt 942, quot ſecundum Septuaginta interpretationem.* Euſdem numeros in codicibus noſtris hodiernis Samaritanis reperimus, quales ante mille & quingentos fere annos in eodem codice legerat EUSEBIUS. Judaici codices à LXX Interpretibus & Samaritanis plurimum differunt, annos enim tantum 292. ſupputant.

(b) Joſe-

Orientalium peritia graves, qui vel omnino rejecere manuſcriptos Samaritanorum codices, erroribus conſpurcatos, ipſaque ſua novitate ſpernendos (*g*), vel ſaltem longe infra auctoritatem codicis Hebræorum ſacri deprimendos, utpote in quibuſdam locis aperte dataque opera corruptos.

(*b*) JOSEPHUS SCALIGER lib. VII. De emendatione Temporum, Chronicon Samaritanum ex Hebræo priſco in Arabicam Linguam converſum, ſed Litteris Samaritanis ſcriptum nactus erat, Pentateuchum autem nunquam vidit, conqueſtus de hominum Chiiſtianorum negligentia, qui in Palæſtinam peregrinantes poſſint & alia, & Pentateuchum à Samaritanis adipiſci, ex cujus cognitione ſperavit uberrimos fructus in Sacram Hiſtoriam redundaturos. Primus itaque fuit qui Europæis deſiderium accendit accerſendi ex Aſia Pentateuchi Samaritani. Cui ut ſatisfaceret NIC. CLAUDIUS FABRICIUS DE PETRESC ſenator Aquiſextienſis ejus in Ægypto exemplar coëmi & afferri curavit. Spe tamen excidit ſua uterque, navi, qua hic inter plures alios vehebatur liber, à piratis direpta: Teſte Gaſſendo in vita Peireſcii ad A. C. 1608. Rurſus à Jo. Morino ſollicitatus Peireſcius, Theophilum Minutium in Orientem miſit, qui Biblia Samaritana acquireret: per quem etiam obtinuit, ut ibidem legitur ad A C. 1629. 1632. Ipſe certe Morinus Peireſcium tres codices ad ſe tranſmiſiſſe, in opuſculis Hebræo Samaritanis p. 95. teſtatur.

(*c*) JACOBUS USSERIUS Archiepiſcopus Armachanus magnis ſumtibus exemplaria varia manuſcripta ex Palæſtina comparavit, una cum Arabicæ verſionis magna parte, ſic enim in Epiſtola ad Capellum anno 1652. *Samaritanum Pentateuchum vel primus vel certe inter primos, noſtris temporibus, in occidentem ipſe intuli, . . . non prius deſtiti, quam ex Syria & Palæſtina quinque vel ſex illius exemplaria (una cum Arabicæ verſionis textus illius parte magna & Arabici in eundem commentarii fragmento) mihi comparaviſſem.* Horum aliqua variis amicis communicavit, etiam Waltono, quæ magno uſui ipſi erant, ſic enim Waltonus: *Unum eorum Pentateuchum integrum habet pulchre exaratum; aliud in quibusdam locis lacerum & imperfectum, utraque vero ita accurate ſcripta, ut vix per integrum aliquod folium unius litterulæ differentiam obſervare licuerit; tertium verſionem habet Arabicam una cum textu Samaritano, ipſam quoque accuratius factam; aliud Liturgiam Samaritanam ex parte complectitur; aliasque ſchedas laceras licet & imperfectas communicavit, quæ magno nobis adjumento erant in adornando Pentateucho noſtro, eumque a mendis, quæ in Editionem Pariſinam irrepſere, repurgando.* Walton. Proleg. XI. p. 77. n. 10.

(*d*) JOANNES MORINUS Bleſenſis Congregationis Jeſu Chriſti presbyter primus de Pentateucho Samaritano aliquid publicavit Præf. in Edit. τῶν ό Pariſienſem A. 1628. Deſcribit manuſcriptum librum Pentateuchi in Bibliotheca Oratorienſi, quem ab ipſiſmet Samaritis Damaſci obtinuerat vir Nobilis PETRUS à VALLE, deinde vero ACHILLES HARLÆUS SANCIUS, tunc apud Turcarum Imperatorem Regis Chriſtianiſſimi legatus, poſthæc Epiſcopus Malcovienſis, Congregationis Oratorii & ipſe presbyter, Pariſios aſportari curavit, quique in Bibliotheca Patrum Congregationis Oratorii prope Luparam (de la Ruë St. Honoré) hodienum aſſervatur; ex quo quædam ibidem notat, quæ difficultates quasdam in Textu Hebræo elucidare videntur, poſtea integrum volumen edidit Pariſiis A. 1631. in forma IVta. ubi de hoc Pentateucho ejuſque ſinceritate & uſu, item de Samaritarum religione & moribus diſſerit. Editi quoque totius Pentateuchi prima gloria Morino debetur qui Tomo V. Bibliorum Polyglottorum Pariſienſium codicem deſcriptum publici juris fecit, eidem Verſionem Samaritanam adjecit, & utrumque Textum una verſione Latinum reddidit; unde paulo poſt uterque textus cum tribus codicibus Uſſerianis collatus, ac eadem verſione Latina veſtitus, Bibliis Polyglottis Londinenſibus T. I. inſertus fuit. Multa etiam habet notatu digna in opuſculis Samaritanis, in quibus Grammatica Samaritana extat cum Lexico, variis Lectionibus & annotatis in Samaritanam verſionem.

(*e*) In hanc claſſem refero RICHARDUM SIMONIUM qui mentem ſuam in Diſquiſitione Critica C. XI. p. 82. ita exponit: *Dicendum igitur cum Samariticum, tum Judaicum Pentateuchi exemplaria genuinos eſſe codices,*

ruptos (*b*). Hanc ultimam labem graviſſimam certe ut eximerent ipſi Samaritanorum codici, hoc ſeculo tres (*i*) ſurrexere Vindices, qui quantum ſtudio diſpares & mente, tantum eruditione pares, hi vero argumentis ſuis & auctoritate, qua, per Europam conſpicui, fruuntur, Hebræorum

codices; licet aliquid ſit varietatis; non ſecus ac Homerus Ariſtotelicus idem plane eſt, atque ille Homerus, qui ab Ariſtarcho recognitus fuit, etſi ſecum ipſi interdum non concordent. p. 83. *Haud invitus tamen conceſſerim, Judæorum exemplaria principem locum obtinere, & Samariticis præferenda; nam à Judæis non vero à Samaritis Scripturæ Sacræ libros mutuati ſunt Chriſtiani ... Imo & in hoc Samaritici codices Judaicis præſtant, quod multa in hos ſuperſtitioſe invecta, in illis deſiderentur, cujus generis ſunt litteræ, quas vocant majuſculas, minuſculas, ſuſpenſas, inverſas & ſimiles; deinde dictiones lectæ & non ſcriptæ & alia, quæ prætereo. His omnibus accedit; formam ſcriptionis, quam Samaritarum libri præ ſe ferunt, vetuſtatem ſapere, contra Judæorum codices variis ætatibus reformatos, tandem Maſorethicorum nomen obtinuiſſe. Denique in multis etiam Judæorum contextus ex Samaritico poteſt illuſtrari, ut Geneſ. II. 2. in illo legimus, Deum opus ſuum compleviſſe die ſeptimo, in hoc vero die ſexto, quæ lectio videtur commodior.* Palmam itaque dubiam relinquit inter utrumque codicem ita, ut mox Hebræa lectio prævaleat, mox Samaritana, utraque vero ſua gloriari auctoritate queat. In eandem claſſem JOANNEM CLERICUM referendum putamus, qui Indice II Commentarii in Pentateuchum p. 24. plura loca profert codicis Samaritani correctiora præ Hebræorum, e. g. Gen. II, 4. VII, 2. XIX. 19. XX, 2. XXIII, 16. XXIV, 14 forte XLIX, 10. 11. L, 26. Exod. I, 2. IV, 2 in nonnullis analogiæ convenientiora Gen. XXXIII, 19. XXXV, 26. XXXVII, 17. XLI, 34. 43. XLVII, 3. Deut. XXXII, 5. in aliis laciniis abundare docet. Gen. XXX, 36. XLI, 16. Exod VII, 18. VIII, 23. IX, 5. XXII, 5. XXIII, 19. XXXII, 9. Lev. I, 10. XVII, 4. Deut. V, 21. manum criticam ſapere Gen. II, 2. IV, 10. IX, 5. X, 19. XI, 31. XVIII, 3. XIX, 12. XX, 16. XXIV, 38. 55. XXXV, 7. XXXVI, 6. XLI, 50. Exod. I, 5. XIII, 6. XV, 3. Num. XXII, 32. pleniorem textu Hebraico Gen. IV, 8. XI, 31. XIX, 9. XXVII, 34. XXXIX, 4. XLIII, 25. Exod. XII, 40. XL, 17. Num. IV, 14. Deut. XX, 16. mendoſum vero textum Samaritanum Gen. XX, 16. XXV, 14. Convenire cum τῶν ό Gen. IV, 8. XIX, 12. XX, 16. XXIII, 2. XXIV, 55. 62. XXVI, 8 XXIX, 27. XXXV, 29. XXXIX, 8. XLI, 16. 43. XLIII, 26. XLIX, 26. Exod. VIII, 3. & in pluribus aliis locis, diſſentire vero à codicibus τῶν ό Gen I, 7. V, 29. VIII, 37. XLIII, 25. XLIX, 22. Num. XXII, 5. Huc pertinet liber Auctoris Anonymi, cui titulus eſt: *Nouveaux Eclairciſſemens ſur l'origine & le Pentateuque des Samaritains. Par un religieux Benedictin de la Congrégation de St. Maur, à Paris* 1760. in 8va forma.

(*f*) Inter codicis Samaritani patronos merito & primo loco nominandus eſt JO. MORINUS, qui codicem illum genuinum & authenticum Moſis exemplar putat, ad quod Hebræus Judæorum modernus exigendus & emendandus ſit Textus. Sect. VI. ſic: *animum ſubiit codicis noſtri Samaritici evolvendi. Statim autem deprehendimus Pentateuchum noſtrum Samaritanum purum putum Moſis Pentateuchum, vulgarem Hebraicum, litterarum tantum characteribus, ut teſtatur Hieronymus ab Hebræo diſſentientem;* & XLII. Præf. adverſionem τῶν ό. In exercitat. Eccleſ. in utrumque Samaritanum Pentateuchum & in opuſculis Samariticis. Ejus ſententiæ fere favet LUD. CAPELLUS Crit. Sacr. III. C. XX. p. 204. Ubi §. 18. §. 211. concludit, variæ ſcripturæ (Hebraicæ) loca corrigi, emendari, caſtigari, ſuppleri & illuſtrari poſſe, per variam lectionem ex utriusque codicis collatione annotatam. Propalam vero & auctoritatem & ætatem Hebraico anteponit ISAACUS VOSSIUS de Translat. τῶν ό C. XXIX. p. 90. ſq. Euſebii Africani apud Georgium Syncellum teſtimonio ſe conſecturum ſperat: *Samaritanum exemplar eſſe primitivum & verum Moſaicum. Miror itaque,* addit, *qua fronte Judæi hodierni, & Chriſtiani aliquot, tam manifeſtæ veritati repugnent; ſed profecto nil tam inficetum eſt, quod*

fidem

Hebræorum codicum fidem labefactare, ſi non convellere, conati, probando in ipſos Judæos tela retorquenda, quibus vel ipſi, vel Chriſtiani Samaritas petere ſolent, & in illis ipſis locis, quibus Samaritanorum fides accuſatur, Judæorum potius pollere mendacia ſtatuunt, caramque de-

 ſiderari

fidem apud ſemidoctos hoc ſeculo non conſequatur. In hunc cenſum venit & GULL. WHISTON Prop. VI. Conſpirant hæc cum Teſtimonio GEORGII SYNCELLI Chronogr. p. 81. ſic: *A vetuſtiſſimo itaque & longe diverſis characteribus exarato Samaritanorum exemplari, licet alias fideliſſimo, & ab Hebræis tanquam primo probato, ipſi Hebraici codices annis 349 ad Diluvium uſque diſcrepant.*

(*g*) ORIGENES L. I contra Celſum ſcribit, quod *poſt Jeſu tempora Doſitheus Samarita ſuadere Samaritis voluerit, ſe eſſe Chriſtum illum à Moſe prænuntiatum, & viſus eſt nonnullos doctrina ſua cepiſſe:* & in Math. Tract. 27. *Sicut manifeſtat hiſtoria lectionum, non multi fuerunt homines tempore Apoſtolorum, qui Chriſtos ſe eſſe dixerunt, niſi forte Doſitheus Samaritanus, unde & Doſitheani dicuntur.* EULOGIUS etiam patriarcha (apud Photium in Bibliotheca) Synodum convocavit exorta controverſia inter Samaritanos Alexandrinos de illo loco Deut XVIII. 15 *Prophetam tibi ſuſcitabit Dominus Deus tuus ex fratribus tuis ſicut me*, quæ verba alii ad Doſitheum, ſive Doſthen, Simoni Mago æqualem, referebant Eulogius vero de Jeſu Chriſto definivit. De Doſitheo vero hæc habet PHOTIUS p. 885 edit. Genev. A. 1612 Μυρίαις καὶ ποικίλαις ἄλλαις νοθείαις τὴν Μωσαϊκὴν Ὀκτάτευχον κατακιβδηλεύσας, καὶ ἕτερά τινα συγγράμματα, μωρά τι καὶ ἀλλόκοτα καὶ ἀσύνακτα πνευματικῆς νομοθεσίας συντεταχὼς τοῖς πειθομένοις καταλέλοιπεν. *Infinitis diverſique generis corruptelis Moſaicum Octateuchum adulteravit, alioſque libros ſtultitia & portentis plenos divinisque legibus contrarios conſarcinavit, ſuiſque aſſeclis reliquit*, reſurrectionem quoque negavit &c. Quibus illi faſcinati proinde, quaſi ille non periret, ſed alicubi in hac vita degeret eum ſuſcipiebant, ut in Evang. Joh. I. T XIV. habet Origenes. Hunc Doſitheum exemplaria Hebraica corrupiſſe & Samaritanam formaſſe lectionem, plures ſtatuont, & inter eos doctiſſimus USSERIUS in Ep. ad Capellum ad calcem ſyntagmatis de LXX. Interpret. p. 250. quem ſequi videtur LUD. DE DIEU in Commentario ſuo in Math. XIX. 5. & JOH. SELDENUS in libro, cui titulus: *mare clauſum.* pag. 57. BOOTIUS præf. animadv. in Text. Hebraic Vet Teſt. ſic: *Omnia illa, quæ in favorem Samaritanorum & codicis Samaritani, impuri illius ac à Pſeudo-Meſſia Doſitheo callide adulterati, in medium affert Morinus* &c. Item STEPHANUS MORINUS Exercit in Ling. C. VII Uſſerio adſtipulatur. Item JOANNES MEYER Proleg. in *Seder Olam.* Diſſ 1. n. 9. p. 212. *Accedit, quod exemplaria Samaritana, quæ hodie extant, & quorum Morinus meminit, valde ſint recentia, ipſa novitate ſuſpecta.* Addatur tandem H. GROTIUS Annot. in Levit C. XVII. 4. Sed ex Photii verbis & Eulogii Decreto conſtat, inter Samaritanos Alexandrinos fuiſſe, qui Doſitheanis ſeſe opponerent & ad Eulogium appellarent, nec potuiſſe eum omnia exemplaria depravare, ſi vellet, cum in Synagogis Sichemi, Damaſci, Cairi aliiſque in locis in publico uſu eſſent exemplaria incorrupta, per quæ reliqua corrigi & emendari poſſent. Certe ita obſcurus erat Doſitheus, & tam paucos habuit ſequaces, ut de eo prorſus ſileat Joſephus, nec vel uno verbo ejus meminerit, quod certe, ſi apud gentem Samaritanam ita prævaluiſſet, ut pro Meſſia ab ipſis receptus eſſet, ſilentio ſcriptor diligentiſſimus, qui eodem tempore vixit, non præteriiſſet. Dein ipſa exemplarium inſpectio docet, illa à corruptela iſtiusmodi immunia eſſe; nam ſi qua loca depravaſſet, maxime quæ de Meſſia agunt, quæ, ut ad ſe ipſum applicare poſſet, pervertiſſet: at vero omnia iſtiuſmodi loca in Samariticis codicibus cum Hebræis conveniunt, ut locus ille de promiſſo ſemine, Jacobi vaticinium de Siloh venturo ex Tribu Judah; imo ipſe locus Deut. VIII. 15. Apud Photium etiam legimus eodem loco Doſitheum in divinos Dei Prophetas maledicum fuiſſe, potiſſimum in Judam unum ex duodecim, Prophetis omnibus exploſis exſibilatiſque, ipſum ſibi omnia vaticinia & reliquam Divinitatem arrogaſſe, & reſurrectionem negaſſe. At vero nil tale in Pentateucho Samaritano legitur, vel in Pro-

phetis

ſiderari ſinceritatem. Argumentis doctorum virorum perculſus & auctoritate magis magiſque excitatus locorum examen putavi ſuſcipiendum, quum contrariam hucuſque ſententiam amplectendam crederem (*l*), ut clare

phetas maledicentiæ, vel in Judam Patriarcham maxime, de quo omnia eodem modo ſcripta invenimus, quo in libris Hebræorum. Hic non poſſumus non ſententiam doctiſſimi HUETII apponere, quam quibuſcunque Sacræ Scripturæ & præcipue Moſaicæ auctoritatis obtrectatoribus Spinoſæ & Hobbeſio in Demonſtratione Evangelica Prop. IV. C. XI. n. 4. oppoſuit ſic: *Tempore ab hoc nullus amor populis nec fœdera fuerunt, ſed implacabile diſſidium, quod ad hanc diem perſeverat; & tamen utraque gens ſuum Pentateuchum habet, nihil vel parum certe diſſentientem ... Ex hoc autem amborum codicum conſenſione certe colligitur, tales ad hoc tempus perſeveraſſe, quales tum fuerant, cum gentis utriuſque divortium intervenit.* Ergo Moſaici codices antiquiſſimi.

(*h*) Hanc ſententiam fovent fere quotquot Proteſtantium ſacra ſequontur. LIGHTFOOT Vol. II. *opp.* p. 505. 506. 540. *Animadverte*, inquit, *impudentiam Samaritanorum: vide eorum audaciam & impiam interpolationem, tamque manifeſtam depravationem verborum Moſis!* RICHARD SIMONIUS in Diſquiſitionibus Criticis p. 84. *Verbum* GARIZIM, ait, *clariſſime demonſtrat impietatem Samaritanorum.* Sic quoque USSERIUS: *Impius Doſitheus verbis Moſis immutatis, pro monte Ebal montem Garizim ſubſtituere eſt auſus.* Epiſt. ad Capellum p 20. vel 250. lyntugmatis de LXX. Interpretum verſione, coi inſerta eſt hæc Epiſtola. HOTTINGER porro affirmat: *ob hanc præcipue malitioſam corruptionem Textum Samaritanum non poſſe eſſe authenticum.* De Heptaplis Pariſienſibus Sect. XIII. rationemque ejus corruptionis id tam aperte demonſtrare, ut pertinacem eſſe oporteat, qui contradicere auſit. *Montem Garizim Samaritani* ſic pergit; בית המקדש (domum ſanctuarii) *appellant* ex Deut. XXVII. 4. *ubi legunt Garizim. En audaciam! pro eo, quod contextus ſacer eumque ſequentes interpretes reliqui habent Ebal, Garizim, ſubſtituunt cultores ſuperſtitioſi. Sacrilega hæc omnino & plane impia Samaritanorum fraus!* Exercitat. Antemorinianarum p. 63. §. 48. *Pridoſ:us* obſervat in Connexione Veteris & Novi Teſtamenti cum Hiſtoria aliarum gentium Part. I. Lib. VI. Sect. III. *Samaritanos ut monti Garizim venerationem conciliarent majorem, valde magnum crimen in corrumpendo Textu commiſiſſe & ſacrilegam mutationem feciſſe. neque vero dubium eſſe, quin in Textu Samaritano corruptio quærenda ſit, cum in hoc loco omnes libri & verſiones omnes contra eam pugnent; adeoque hanc corruptionem de conſilio in malæ cauſæ gratiam factam. minuere ejus auctoritatem in aliis locis omnibus.* Tandem WALTONUS affirmat Prol. XI. p. 71. *Negari non poſſe, Samaritanorum codicem de loco publici cultus* Deut. XXVII, 4. *corruptum eſſe, cum non tantum Judæorum Pentateuchus, ſed omnes libri Hiſtorici & Prophetici ubique templum Hieroſolymitanum, locum à Deo electum eſſe, affirment.* & p. 75. §. 16. *in omnibus codicibus*, ait, *Hebræis omnibusque verſionibus antiquis legitur Ebal non Garizim.* Inter veteres huc trahendus PASCHASIUS RADBERTUS L. VI. Comment. in Matth. T. XIV. Bibl. Patr. p. 494. ſic: *Porro Samaritæ juxta litteram hi ſunt, quos ad cuſtodiendam terram Iſraël decem tribubus captivitatis Sargon* (Rex Aſſyriæ) *poſuerat. Unde & cuſtodes interpretantur, qui legem veteris teſtamenti primum depravare cœperunt, non recipientes niſi quinque libros Moſis, & eosdem pravitate ſcribarum corruptos.* Huc ſpectant porro verba BASILII in Cap VII. Eſaiæ ſic: *Eſt autem Samaria regio inimicorum quorundam ſanum ſermonem depravantium, per hoc, quod Samaritani declinarunt à Judaiſmo.* Ex Rabbinis legantur R. ELIEZER apud Lightfoot. op. poſth. Tr. III. p. 27. 28. & R. BEN-ESRA apud Scal. Lib. VII. de Emend. Temp. p. 663. & MORINUM Exercit. Sam. Ex. I. p. 73.

(*i*) Primus eſt GUIL. WHISTON qui in Tentamine reſtaurandi textum Hebraicum Prop. VI. poſt num. VIII. p. 168. *ſqq.* Samaritanam tuetur lectionem, & Hebræos codices falſationis poſtulat & in locis Exod. XX, 17. & Deuter. XXVII, 4. pro monte *Garizim* argumentis decertat. Liber ejus prodiit Londini

clare pateſceret, quanam ex parte veritas ſtaret. Habeas itaque Lector Benevole famoſiſſimi loci Deuter. XXVII. 4. culpati ab his, laudati ab illis examen amicum!

LECTIO SAMARITANA.

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Quando itaque Jordanem trajeceritis, erigetis lapides hos, quos ego hodie præcipio vobis in monte Garizim & tu lævigabis eos calce.

LECTIO

Londini 1722. in 8vo. & pro titulo habet: *An eſſay, towards reſtoring the true Text of the old Teſtament, & for vindicating the citations made thence in the New Teſtament.* In eandem ſententiam pedibus i BENJAMIN KENNICOTT, Criticæ ſacræ veræ & genuinæ inſtaurator, qui in Diſſertatione ſecunda ſuper ratione Textus Hebraici Veteris Teſtamenti (*Second Diſſertation on the ſtate of the printed Hebrew Text*) Cap. I. de Pentateucho Samaritano agens pluribus argumentis probare conatur, Judæos ipſos corruptores eſſe, montemque Garizim non vero Ebal eſſe, cui ſuperſtructum altare lapidesque. Calculum calculis addit Doctor inſignis Academiæ Gœttingenſis & decus JOH DAVID MICHAËLIS in ſeinem Moſaiſchen Recht. T. II. p. 2 *ſq.* cujus ſententiam hic apponere animus eſt in Lectoris gratiam § 69 ſic: Der Hebräiſche Text nennt den Ebal, der Samaritaniſche aber den Berg Garizim den die Samariter für heilig halten. Ich glaube der Samaritiſche Text habe hier recht, wovon ich aber die Gründe hier nicht anführen kan: es iſt auch nicht nöthig, denn KENNICOTT hat es ſchon in ſeiner zweyten Diſſertation über den gedruckten Hebräiſchen Text gethan. Ich bemerke jetzt nur die Urſachen, warum dieſe Gegend und dieſer Berg gewehlt wird? Sichem war ſchon zu Abrahams Zeiten ein heiliger Ort geweſen; zu More, welches ein anderer Name von Sichem iſt, war GOtt dem Abraham zuerſt nach ſeinem Eintritt in Palæſtinam erſchienen, und dieſer bauete ihm einen Altar daſelbſt Gen. XII, 6. 7. Hier hatte ſich Jacob einen Acker gekauft Gen. XXXIII, 18. 19. Und endlich bekam er die ganze Stadt durch die Waffen ſeiner Söhne. Er vermachte ſie dem Joſeph Gen. XLVIII, 22. und deſſen Nachkömmlinge blieben die ganze Zeit hindurch, da ſie in Aegypten wohnten, im Beſitz dieſer Stadt. Daher ſahen ſie die Iſraeliten für heilig und gleichſam für die Hauptſtadt ihres neuen Staats in Paläſtina an: wie denn auch die Hütte des Stifts lange in dieſer Gegend geblieben iſt. Eine ſolche Stadt und der Berg, auf welchem vielleicht Abrahams Altar geſtanden haben mag, war ſchicklich, das ewige Denkmal des Geſetzes aufzuheben. Favet etiam huic ſententiæ BASNAGIUS *dans ſon hiſtoire des Juifs* Tom. II P. I. p 57. ſic: *Les Juifs n'ont pas manqué de ſe ſoulever contre cette corruption (du mont Garizim pour le mont d'Hebal) du Texte Sacré; mais les Samaritains reprochoient à leur tour, que c'étoient les Juifs qui avoient changé les paroles de Joſué, & que puis qu'il étoit inconteſtable, que cet ancien héros avoit élevé un autel ſur l'une des deux montagnes, il étoit plus naturel qu'il choiſit celle où les bénédictions avoient été prononcées: & peut-être avoient-ils raiſon: du moins, leur conjecture paroit-elle juſte.*

(*l*) Hanc ſententiam defendi in Diſſertatione Anno 1761. ſub Præſidio JOH. MICH. LORENZII habita, cui Titulus: Tabulæ Temporum Fatorumque Orbis Terræ ab orbe condito uſque ad Chriſtum natum ab A. M. 1-4000. p. 2. Diſſertationis not. (*a*).

LECTIO HEBRÆA.

והיה בעברכם את הירדן תקימו את האבנים האלה אשר אנכי מצוה
אתכם היום בהר עיבל ושדת אותם בשיד׃

Quando itaque trajeceritis Jordanem, erigetis lapides hos, quos ego hodie vobis præcipio in monte Ebal, & tu lævigabis eos calce.

TRACTATIO.

Illis ipſis temporibus, quibus ſanctus populi Divini Dux & Legislator ex ſingulari Numinis Providentia ſeculo jubebatur valedicere, populo Iſraëlitico ultima ſua præcepta auctoritate Procerum ſuffultus communicanda repetendaque ſtatuit. Eminent inter iſta Theſeos noſtræ verba, ſeculo ſuperiore & noſtro præcipue controverſa apud Doctores Chriſtianos. Lapides & altare erigendos Moſes præcepit in monte Ebal, ſic Codices Hebræi omnes legunt; Samaritani è contrario montem Garizim aſſerunt iſtis inſigniendum condecorandumque privilegiis. Gravis certe res eſt, vertitur quippe in cauſæ hujus deciſione utriuſque codicis auctoritas. Si mons Ebal is eſt, quem Deus indigitavit, triumphat Judæus, ſin Garizim, belli victoria ſtat penes Samaritam. Chronologia, Patriarcharum ſeries, pluriumque locorum auctoritas vel corruit vel vacillat ſequiturque alterutrius altaris lapidumque ruinam ſortemve graviſſimam. In tanto ſententiarum diſcrimine Whiston, Kennicott, Michaëlis Samaritanorum fidem Judæorum auctoritati præferunt aguntque cauſæ Samaritanæ patrocinium, ſtatuentes: Moſen auctoritate Divina compulſum monti Garizim ſuperſtruendum altare præcepiſſe lapideſque, ſpreto monte Ebal, maledictionis utpote declaranda ſede. Eorum vero ſententiæ conſentimus, qui montem Ebal Divinæ voluntatis executorem, recipiendo altare lapideſque, ſtatuunt, argumentis inducti deſumtis

I. Ex antiquitatis conſenſu.

II. Ex Loci natura.

III. Ex gentis Samaritanæ fatis collatis cum Judæorum.

IV. Ex Teſtimoniis tam ſacris quam profanis.

Penes te itaque B. L. ſit judicium, quantum argumentis hiſce ſit tribuendum ponderis.

I. Conſenſus antiquitatis mirus eſt circa codicis Hebræorum ſtabiliendam auctoritatem atque proinde verborum naturam, quæ controvertendi gravem præbuere materiem. Hebræus & Chriſtianus omnis uno ore eodemque

demque ſtudio, legendo, ſcribendo, commentando, interpretando codicis ſacri Hebræorum fidem gloriamque confirmant. Codices omnes & ſinguli, ne uno quidem excepto, quotquot hucuſque humana induſtria detegere potuit, altare Ebalicum ſuis fundamentis innixum firmiſſimis ſtabiliunt roborantque (*a*). Divina providentia ita volente, & populorum ſaluti proſpiciente, Seculo circiter tertio ante Chriſtum natum, Ægypti Regis Ptolomæi Philadelphi temporibus excitati ſunt viri, qui illud ipſum Judæorum cimelium in Græcam Linguam convertendum ſuſceperunt atque curarunt (*b*). Hanc dein verſionem Judæi omnes ſecuti, quotquot ab Hebraicis litteris receſſere (*c*). Hanc Chriſtus (*d*) & Apoſtoli

B

(*a*) Eſt id argumentum WALTONI in præfatione ad Biblia Polyglotta Londinenſi, §. XI. N. 16 p. 79. *Locum* Deut. XXVII. 4. *mendoſum eſſe in exemplaribus Samaritanis, negari non poſſe* ſcribit, *cum in omnibus codicibus Hebraicis, omnibusque verſionibus antiquis legatur Ebal non Garizim.* Hujus argumenti robur adverſarii infringere nituntur aſſerendo: quod & pro Samaritanis valeat, quorum codices itidem, ut & verſiones, conſtanter omnes & ſinguli montem Garizim habent. Verum Waltoni argumentum, quod noſtrum facimus, duplici modo ferit, primo negative, hoc eſt, ne unus quidem codex reperiundus; qui contrariæ ſententiæ faveat, Hebraicus hic unus codex graviſſimom pondus Samaritanis adderet. Sed cum omnium codicum lectio eadem ſit in hoc loco, tum vero illud exinde concludendum, quod codices Hebræi omnes & ſinguli, omnibus temporibos ita legerint, atque adeo ſecundo, quum majori numero extent iſti codices, ſive ſoli ſpectati, ſive in filiabus ſuis, hoc eſt, verſionibus tot populos referentibus, & extare debuerint omni tempore, prouti & populus hos codices verſans longe majori numero præ Samaritanorum extitit, nationis Judaicæ corpus quaſi, tum vero cuilibet præjudicatæ opinionis privo, ponderandum relinquimus, annon, ceteris rationibus licet paribus, huic codicum Hebraicorum eorumque verſionum lectioni quædam ſit tribuenda vis & auctoritas, primo, quod numero vincant, dein, quod ob id ipſum, quo magis multiplicati perque gentes diſperſi, eo difficilior factu corruptio erat univerſalis. Certitudinem licet nondum evincant hæc, attamen veroſimile reddunt veram potius Hebræorum, quam Samaritarum, lectionem eſſe.

(*b*) LXXII. Verſio à Judæis facta, annis mille poſt quam verba à Moſe prolata, Theſin quæ concernunt noſtram, probat & indicat illis ipſis temporibus primis partibus uſos codices Hebræos præ Samaritanis. Si enim hoc tempore, ut conſtans antiquitatis fert opinio, elucubrata, certe is codex fundamenti loco ponendus erat, quo potiſſimum uſa eſt gens Iſraëlitarum, atqui vero conſtat ex hac ipſa translatione, non Samaritano ſed Judaico uſos LXXII. Ergo illis temporibus ceteris palmam præripuiſſe cenſendus eſt codicibus. JOSEPHUS Ant. L. XII. C. II. & Præf. ad Hiſt. & contra Apionem L. II. PHILO Lib. II. de vita Moſis. Talmud utrumque Tract. Megill. Teſtatur etiam Hiſtoria, verſionem factam coram ſenioribos totoque populo fuiſſe lectam approbatamque ita, ut rata maneret in perpetuum; neminique liceret aliquid de ea mutare, cui omnes conſenſerunt, & anathemate devoverunt omnes, qui contrairent Ibid. Addantur inter Chriſtianos teſtimonia JUSTINI MARTYRIS, TERTULLIANI, EUSEBII, AUGUSTINI, HIERONYMI, EPIPHANII, paſſim in ipſorum ſcriptis prolata.

(*c*) Judæi, ſic JOS. SCALIGER animadv. in Euſebii Chronicon p. 134. b. Græcis litteris uſi ſive Bibliis Ἑλληνισταὶ appellati & diſtinguendi ab *Hebræis gravibus*, qui Hebraicis uſi: Ἕλληνες enim ſunt Pagani, Ἑλληνιστὴς vero in Talmude idem eſt qui קורא גפתית *legens Ægyptiace* vocatur, hoc eſt, ut gloſſa habet, למכרע ἀναπάλιν *præpoſtero ordine.* Hi ſola Biblia Græca legebant per totam Ægyptum, Græciam, Italiamque. R. AZARIAS Libro Meor Enaym ſcribit p. 26. Talmudicorum decreto ſancitum fuiſſe, ut lex ſolis Græcis

ſtoli ſuo exemplo probarunt (*e*), hanc Patres omnes tam Græci quam Latini in ſcriptis ſuis excitarunt, commentando illuſtrarunt; doctrinæ ſanctioris veritatem ex eadem probârunt, vitæ & diſciplinæ regulas ex illa hauſerunt, in conciliis ad eandem provocarunt, hanc denique gentes omnes & populi, quotquot Chriſto nomen dedere ab Indo uſque ad Oceanum, à diris Arabiæ ſaxis ad Æthiopiæ promontoria, ab ultimis Italiæ angulis ad Rheni uſque ripas ſuarum verſionum partim elegere baſin, ducem, matremque, partim præ ceteris verſionibus venerati principem (*f*): Arabes, Perſæ, Æthiopes (*g*), Armeni (*h*), Syri (*i*) omnes

Græcis litteris ſcriberetur. Huc pertinet Hiſtoria, (Buxtorf in Lex. Talm. p. 104.) in Talmud. Hieroſ. Sota. c. 7. de quodam R. Levi, qui Cæſareæ audiens eos legentes Græce, vellet impedire; at R. Levi iratus eſt dicens: Qui Hebraice non poteſt, num omnino non leget? Conſtat etiam ex Actis Apoſtolorum VI, 1. XIII, 5. XV, 21. Hieroſolymis in Synagogis lectam verſionem Græcam, dum ſcriptum, fuiſſe γογγυσμὸς τῶν Ἑλληνιστῶν πρὸς τοὺς Ἑβραίους, *murmur Helleniſtarum adverſus Hebræos*, ubi per Hebræos intelligit Chryſoſtomus τοὺς βαρεῖς *graves* ſive qui Ebraice loculi, & Syrus Ἑλληνιστὰς interpretatus eſt Act. IX, 29. Judæos, qui noverunt Græce, quorum vero plerique non intelligebant Hebraice, quod Philo exemplo ſuo probat.

(*d*) Ex S. Lucæ Evangelio IV, 18. 19. colligi poteſt, Dominum in Synagoga legiſſe ex verſione Græca, verba, quæ ibidem recenſet Evangeliſta, ſecundum illam translationem τῶν ό, non vero ſecundum Textum Hebraicum. Locus eſt Eſajæ LXI, 1. ubi verba ſecundum LXX. ita reddit Lucas: πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμέ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με· εὐαγγελίζεσθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους, ἐν ἀφέσει. κηρύξαι ἐνιαυτὸν κυρίου δεκτόν. *Spiritus domini ſuper me, propter quod evangelizare miſit me, ſanare contritos corde, prædicare captivis remiſſionem & cæcis viſum.* Textus Hebraicus eundem ſenſum fundit, ſed verbis diſerepantibus, quæ ſic Latine ſonant: *Spiritus domini ſuper me: ideo unxit me Dominus ad pronuntiandum manſuetis, miſit me ad alligandum contritos corde, ad prædicandum captivis libertatem & vinctis apertionem carceris.*

(*e*) Apoſtolos LXX verſione uſos patet ex pluribus locis & exemplis Luc. III, 36. in Genealogia Chriſti apparet *Cainan*, qui non extat in Hebræo codice, in hodiernis vero Græcis legitur. Act. VII, 14. S. Stephanus Jacobi familiam 75 fuiſſe animarum, 70 Hebræus habet, Græcus hodiernus 75 Gen. XLVI, 28. Eodem capite Act. VII, 43. ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μόλοχ Tabernaculum *Moloch*: ſic codices Græci hodierni omnes. Hebræus tamen Amos V, 26. legit tabernaculum מלכּכם *Regis Veſtri.*

(*f*) Lingua Arabica quæ ſeculo VIII ad X. facta vernacula populorum Palæſtinæ, Syriæ, Armeniæ utriuſque, Aſiæ minoris, Perſiæ, Indiæ, Ægypti, Numidiæ, Barbariæ, Luſitaniæ, Hiſpaniæ, Siciliæ, Candiæ, Cypri Inſularum Muhammedis inſectantium leges & imperia, Chriſtianis quoque per has terras diſperſis familiaris facta & Judæis, unde & translationis Bibliorum in hanc linguam neceſſitas. Quæ extat verſio in Bibliis Pariſinis D. de Jay & Londinenſibus D. Waltoni Seculo X facta videtur à variis interpretibus, potiſſimo tamen R. Saadia de quo Hottinger H. Eccleſ. N. T. Sec. X. p. 134. Basnagius H. Jud. L. VII. C. IV. §. 2. p. 1505. *ſqq.* ſaltem poſt Corani compoſitionem. Moſen enim & Aaronem *Muſa* & *Haron*, Joſuam non *Jehoſchuam* ſed uti Coranus *Joſcham* appellat. Recentem porro patet ex nominibus propriis urbium e. g. Gen. XXXV, 4. Sichem Hebræorum vocatur نابلس *Nablos* h. e. Neapolis, uti nunc vocatur. Gen. X, 30. pro: fuit habitatio eorum à *Meſcha* uſque dum venitur ad *Sephar*, in Arabico eſt: à *Mecca*, uſque dum venias *Medinam*. Gen. II, 2 Septimum diem cum Hebræo contra LXX, Samaritanum & Syrum, qui *ſextum* habent Pſ. XXII, 17. contra Chaldæum & Judæos conſpirat cum LXX *foderunt manus meas & pedes meos*. Waltonus Prol. XIV.

omnes atque Latini (*l*). Conſtat vero inter Linguarum peritos Orientalium non tantum LXX verſionem, verum & ipſas ejuſdem filias, ut ita dicam, non montem *Garizim* ſed montem *Ebal* in dicto loco legere, atque proinde Samaritis repugnare, quorum codices conſtanter licet & ipſi Gari-

XIV. p. 96. *ſq.* fatetur factam verſionem, quam nobis exhibet in Bibliis, id quod & ex collatione patet, potiſſimum ad LXX verſionem, ex codicibus partim impreſſis, partim manuſcriptis, qui ex variis Bibliothecis Europæ ipſi ſuppeditati, quorum ope etiam Verſionem Arabicam in Bibliis Pariſiniis emendavit.

(*g*) Apud Æthiopes 70 regnis per Africam inclytos ab Apoſtolorum temporibus ſanctæ Chriſti diſciplinæ ſparſa ſemina ex Act XIII. 27. colligere licet, unde ſubſequentibus temporibus, aucto Chriſtianorum numero Seculo circiter IV Bibliorum Æthiopicorum neceſſitas, ſedem Alexandrinam tenente ATHANASIO, vel non ita multo poſt FRUMENTII potiſſimum opera verſio facta, teſte RUFFINO. Conf. LUDOLF. L. III. Hiſt. Æthiop C. III. §. 12 *ſqq.* Lingua utuntur Æthiopes mixta ex Chaldaica, Hebræa atque Arabica ſi antiquam velis, peculiari, ſi recentem, quam ſua vernacula ግእዝ *Gheez* i. e. *liberam* appellant. Antiqua Dialectus *Suriana* vocatur, cujus character Syrorum grandior, qui *Eſtrangelus* dicitur. Verſio ex LXX antiqua facta, quod conſpirat cum veteribus, quæ recedunt à recentioribus in quibuſdam, id quod ipſa collatio prodit & ordo capitum ſignificat, non Arabicam pro baſi ſelectam verſionem ſed Græcam: Numerorum enim Cap. XXVI, 15. 16. 17. 18. æque ac in Alexandrino exemplari, ſuo loco omiſſi verſus, poſt verſum 27. reperiuntur. Quæ omnia in Arabica verſione aliter ſe habent Græca etiam animalium Lev. XI & Deut. XIV plantarum, gemmarum aliarumque rerum difficilium vocabula præciſe retinentur, Hebraica autem in Græca lingua non expoſita, nec hic exponuntur, ſecus ac in Arabica.

(*h*) Lingua Armena cardinalis eſt & ſibi in genuinis ſuis vocibus ac domeſticis phraſibus ſufficiens, & ab aliis quibuſvis independens, antiquiſſimam nobis S. Sc. verſionem exhibet. Inter primos utpote ad Chriſtianam religionem converſi fuere Armeni. ANGELUS DE RACCHA in Bibliotheca Vaticana ſcribit & Litterarum & verſionis iſtius auctorem Chryſoſtomum, ſic plerique alii, nonnulli etiam S GEORGIUM ILLUMINATOREM. Sed neutri adſcribi vere poteſt, ſanctus enim ille Georgius primus Armenorum Patriarcha octuaginta circiter annis diem ſuum obierat ante Iſaacum Patriarcharum ſerie decimum, ſub quo editæ Armenorum litteræ à MIESROBO in Armenia Majore tunc temporis degente. Hic vero Mieſrobus litterarum & Bibliorum auctor teſte MOISE CHORONENSI C. LIII. p. 470. ſic: *Mieſrobus diſpoſito Armeno Alphabeto juxta illubricitatem ſyllabarum, quæ eſt in Græco, ulterius manum admovit ad interpretationem, conſulto initium faciens à Proverbiis, complevit illos duos revelatos libros & Novum Teſtamentum transfundere in Haicanum ſermonem ipſe & diſcipuli ejus,* JOANNES EKELENSIS & JOSEPHUS BALNENSIS. His omnino accenſendos eſt ipſe Mieſrobi diſcipulus MOISES CHORONENSIS nulli diſcipulorum ſecundus, qui citato loco modeſtiæ ergo nomen ſuum reticuit, ſeu ad Iſaacum Bagratidem ſcribens, ſe excuſat, quod prolixiorem Haicanæ gentis Hiſtoriam ei exhibere non potuit, quia ſenex & valetudinarius.

[illegible]
[illegible]

Et minime otioſus ab interpretationibus & ſanctioribus verbis. Id quod factum ineunte ſeculo V. mortuo Chryſoſtomo, circa annum Chriſti CCCCX. Hanc ſententiam confirmat THEODORETUS verſionem Armenam ſuo tempore adornatam aſſerens, utpote qui anno Chriſti CCCCXXIII ordinatus eſt Epiſcopus, & proinde illa verſio adhuc ſuperſtes attigit nunc ætatem 1363 annorum. Ab his igitur adornata codicis ſacri verſio tanta cura, tantaque veneratione à poſteris ſervata eſt, ut religioni duxerint, quotquot fuerunt & adhuc ſunt Eccleſiæ Armenæ doctores ac Antiſtites vel verbulum antiquo textui addere aut demere, donec ea A. C. MDCLXVI. ad mandatum Patriarchæ Etſchmiadzenſis Domini Jacobi, indefeſſo ſtudio Archiepiſcopi Uskani Erivanenſis Amſtelodami

Garizitanum altare defendant, numero tamen ſunt exigui (*m*), ut & ipſorum verſiones (*n*), nullo unquam tempore, à Theologo nullo, à Patre nullo, pro authenticis reputati, à gente nulla, à Chriſtiano populo nullo pro veris & genuinis recepti, quin potius ſummis doctrina viris

lodami nitide typis mandata eſt, in forma, ut loqui amant, quarta Majori. De uſu hujus verſionis legatur HOTTINGER in Bibl. Or p. 331. ſic: *memini ejus mihi linguæ Armeniacæ uſum à clariſſimo Domino Golio vel de hac cauſa potiſſimum fuiſſe commendatum, quod vix alia Eccleſia, ſi à Græca abeamus, antiquiora de religione, verſionum cumprimis, habeat ſubſidia*; & in Topogr. Eccl. Or. ſic: *Inter Chriſtianos non poſtremos fuiſſe Armenos, vel inde patet, quod translationi ſcripturæ ſacræ in Linguam Armenicam primæ deferantur poſt verſionem LXX viralem.* Et MILLIUS in Prolegomenis in N. T. p. 152. his verbis de LUDOVICO PICKIO Doctore Sorbonico ſcribit: *Illud vero nequaquam eſt prætereundum, quod nos per litteras monuit in Armenica ceteraque omni litteratura verſatiſſimus* LUDOVICUS PICKIUS. *Verſio* inquit, *Armenica eſt antiquiſſima, & ex genio ſuo ita ἑλληνίζει ut de verbo ad verbum Græca referat; unde ex ipſa jus eſt reſtituend.* [illegible], *unde profluxit* conf. ulterius Diſſertatio SCHROEDERI de Lingua Armenica.

(*i*) Duplex datur verſio Syriaca Vetus & Recens, illa ad Hebræum textum proxime accedit, hæc LXX viralem ſequitur. Tempus, quo utraque facta, accurate definiri nequit, ſunt antiquiſſimæ fere omnium. Prior ad Apoſtolorum tempora exſurgit, id quod communis orientalium Doctorum opinio, poſterior ultra mille annos, id quod Manuſcripti codices probant in Bibliotheca Florentina aſſervati conf. D. LANGII Dani Catalogum Librorum Manuſcriptorum Orientalium hujus Bibliothecæ. De utraque verſione GEORGIUS ABULFARAJUS & ex illo D. POCOCKIUS in Hiſtoria Arabica ſic: p 184. *Verſio LXX illa eſt, quam ſequuntur apud nos docti & Græcorum manibus teritur aliarumque apud Chriſtianos ſectarum, exceptis Syris & præcipue Orientalibus; ſiquidem exemplar ipſorum, quod ſimplex appellatur, quia qui illud elucubrarunt de ornatu verborum ſolliciti non fuerunt, convenit cum exemplari Hebræo: at Syri Occidentales duas habent verſiones, ſimplicem illam, quæ ex Lingua Hebraica in Syriacam translata eſt poſt adventum Domini Chriſti, tempore Addæi Apoſtoli, vel juxta alios, ante eum, tempore Salomonis, filii David & Hirami; & alteram figuratam juxta LXX. ſeniorum interpretationem, e Lingua Græca in Syriacam traductam longo poſt Salvatoris incarnationem intervallo.* Ex collatione verſionis cum ceteris patet, potiſſimum ad LXX quam nobis WALTON exhibet, factam; ex Gen. II, 4. IV, 15. VIII, 7. XXV, 27. XLVIII, 14. Lev. X, 6. Uſus hujus verſionis inſignis, veritati teſtimonium exhibet v. g. Gen. III, 15. Pſ. XXII, 7. Jeſ. LIII, 10. 11. 12. obſcura explanat Gen. XLI, 43. 45. & agit commentatorem XLIX, 14. 15. 20. Lectionem N. T. confirmat, ubi vetus explicat Deut. XXVII, 26. cf. Gal. III, 10. Gen XLVII, 31. cf. Hebr. XI, 21. Gen II, 24. cf. Matth. XIX, 5. Ex hac porro verſione ſententiæ vanitas declaratur, corruptos originales codices. Conſultentur loca, in quibus Hebræum Vetus & Græcum N. T. corrupta eſſe ſcribunt, & clare apparebit ex hac verſione, ita lectum eſſe in Hebræis & Græcis codicibus Apoſtolorum temporibus. Textum Hebræum magis emphatice exprimit ob affinitatem Linguæ Syriacæ cum Hebræa. N. T. cum Syriaſmum ſapiat, Syriaca verſio ejus interpretationi inſervit eo magis, quod Judæorum, & quod quam maxime veroſimile eſt, Jeſu Chriſti vernacula erat.

(*l*) Plures extabant primis temporibus, quibus Sacra Chriſti per Occidentem propagata, verſiones Latinæ. Eminet tamen inter illas, quæ *Itala*, *Vulgata*, & *Vetus* appellari ſolet ex Græca τῶν ό converſa. Ante Hieronymi enim tempora nemo Occidentalium Doctorum Hebraica noverat ita quidem, ut, qui traduxit, pro baſi Textum ſubſternere Græcum debuerit. V. AUGUSTINUS de Civitate Dei L. 18. & HIERONYMUS in Præf. Evangeliorum. Vetus eſſe debet, quod longe ante Hieronymi tempora jam in uſu erat & eſſe debuerat, quum Italica Eccleſia debuerit eadem uti, primo ſeculo inſigniter jam florens,

viris & pietate ignoti, reconditi. Quodſi nunc ita mecum reputo: Sacer Hebræorum codex omni tempore in ſingulis cœtibus, quotquot apud gentes collecti, pro authentico habitus, LXX viri, hunc codicem pro norma ſelegerunt verſionis, Chriſtus & Apoſtoli eundem excitarunt & uſurparunt partim, partim factam ex eo verſionem approbarunt, imo Judæos capſarios ut ita dicam reputa-

florens, id quod Epiſtola S. Pauli ad Romanos teſtatur. Certum vero, quo converſa, ſtatui tempus nullum poteſt. Hanc Hieronymus Hebraica callens, poſtea emendaſſe videtur verſionem partim, partim novis ditaſſe libris ex Hebræo converſis. Hier. ll. contra Ruffinum & in *Epp.* ad Suniam & Fretelam L. II. C. 8. Hæc dein editio ſenſim ſenſimque per orbem Occidentalem approbata lectaque fuit, ita tamen ut peculiares Libri e. g Pſalmi ſemper ex LXX. virali verſione fuerint lecti, utpote antiquiſſima & in vulgi manibus verſante, novarum non ſtudioſi in rebus ſacris. Quæ noſtris temporibus extat verſio Latina, partim vetus illa *Itala*, partim *Hieronymiana*, partim aliorum videtur Interpretum: neque enim conſpirat omnino cum Hebraicis codicibus, id quod HIERONYMUS obſervaſſe aſſerit Præf in Eſth. & Neh Patet autem ex collatione, Vulgatam ſequi LXX Gen IV, 8. 15. non Hebræum Textum ut & VIII, 7. Quin aliter legit Vulgata noſtra ac ipſe HIERONYMUS legendum cenſet Gen. I. 2. Vulgata habet: *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas:* HIERONYMUS tamen Quæſt. Hebr. docet מרחפת vertendum eſſe *incubabat.* Imo varietates tot tantæque adſunt in utriſque codicibus, Hebræo puta atque Latino, ut videatur vetus eſſe illa Latina ex potiore parte, quod lecta à vulgo, mutari nequiverit cf. Præf. CLEMENTIS VIII. Bibliis Vulgatis Latinis præfixa ſic: *Latina hac editio ex Hieronymi translatione vel emendatione ſuſcepta, partim retenta ex antiqua verſione Latina, quam S. Hieronymus Communem & Vulgatam, S. Auguſtinus Italam, S. Gregorius Veterem Translationem appellat.*

(*m*) Sedecim tantum per Europam noti Manuſcripti Samaritanorum codices. Decimum ſeptimum in inſtructiſſima Bibliotheca S. GENOVEVÆ Pariſiis latitantem contulimus cum impreſſo Waltoniano notitiamque dedimus Doctiſſimo KENNICOTTO, operi ejus inferendam immortali. Debet hujus codicis notitiam Litterarius orbis ILLUSTRISSIMO PRÆSULI ARCHIEPISCOPO PARISINO Litterarum amatori Spectatiſſimo, qui ante hos 5. annos gratioſam nobis facultatem conceſſit non tantum Bibliothecas ſedis archiepiſcopalis perluſtrandi omnes, verum & commendatitiis litteris ad Epiſcopum Principem Argentoratenſem EMINENTISSIMUM, CARDINALEM DE ROHAN, Litteratorum protectorem Eximiom, datis, perfecit, ut eandem nobis concederet veniam, qua fruimur. Licet autem ad hunc locum, de quo controverſia valet, firmiter ſtatuamus, corruptionem conſilio factam in Samaritano, tum vero illud non ſimul concedimus, quod non in ceteris pluribus locis lux affundi queat ampliſſima codici Hebræo ex Samaritano, eam ob rationem, quoniam Samaritanus iſte populus ſemper fere ad radices montis Libani ſedens non adeo multiplicavit codices ſuos, uti populus Hebraicus, per orbem diſperſus, ut ſcribarum vitio factis nævis non ſcatere queat, uti Hebraicus.

(*n*) Tres Pentateuchi Samaritani verſiones excitari in doctorum ſcriptis ſolent. *Samaritana*, *Arabica*, *Græca*. Prima de Textu Hebræo Samaritano facta, dialecto Samaritana, hoc eſt, lingua Chaldæo Samaritana. Tempus & auctor ignoti. Extat in Bibliis Polyglottis Pariſinis & Londinenſibus. Veroſimile, factam poſt templum Garizitanum extructum, quando Lingua Hebræa deſiit eſſe vernacula, atque Lingua Hebræi uſi poſt captivitatem Babylonicam mixta ex Hebraica atque Chaldaica. Secunda Arabica eſt, tempus & auctor ignoti, carent enim Hiſtoricis auctotibus Samaritani, id quod gentis paucitatem ſatis declarat exiguumque numerum. Viderur tamen facta poſtquam Muhammedana ſuperſtitio Orientem pervaſerat, cum qua Lingua Arabica propagata eſt. Conſpirat in pleriſque cum SAADIÆ verſione. ergo poſt Seculum Decimum facta. Vidit WALTONUS exemplar lacerum, litteris Samaritanis ſingulorum capitum, vidimus nos aliud litteris conſignatum Arabicis, initialibus Samaritanis ſingulorum capitum, extat in Bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi forma octava majori.

runt (*o*) Verbi Divini, hoc eſt Textus Hebraici, auditores ad ipſorum ſcribas, vita reprobos, fide digniſſimos amandarunt (*p*), gentes nullæ de authentia dubitarunt; contra vero innatus ſingulis hominibus ardor ſtudiumque venerandi toto pectore, quæ tradita putant divinitus; quin vel in cauſis levioribus, ſed dubiis, quam maxime ſolliciti hærent, ut de Principis ipſiſſimis verbis certi tutique ſint, quibus legem ſuam ſanxit atque præſcripſit cauſarum moderatricem: tum vero nullo modo mihimet perſuadere poſſum, negligentiæ accuſandos tot priſci ævi venerandos viros, dum, qui rem omnium graviſſimam tractat, legem Dei, verum non curarunt codicem, ſed ignorarunt, rejecerunt, dubium ſpuriumque prætulerunt: Atque adeo tot antiquiſſimorum temporum lumina extingui, tamque ſpectabilem Patrum chorum, Chriſto principe, a Samaritanis ſtudio, induſtria, vigilantia, labore antecelli magis, magiſque probari. Ergo corruptus potius videtur Samaritanus, quam Hebræus. Ergo antiquitatis conſenſus altare ſtabilit Ebalicum, evertit Garizitanum.

III.

Tertia eſt Græca, ſeu potius fuit, nam nullibi, quantum eruditi huc uſque ſcire poterant, extat amplius.

(*o*) Rom. III, 2. *ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ.* Promiſſa populo rata fecit Deus cuncta eaque in verbo ſuo propoſuit, quod populo malæ fidei nunquam credidiſſet reliquis orbis patefaciendum gentibus. Patet autem vel ex eo, quod populus hic circa variandum ſcripturæ Sacræ textum nullo modo fraudis atque fallaciæ accuſari debeat, dum vel illa ipſa loca, quæ in Græcis atque Latinis codicibus extant, ipſorum diſciplinæ faventia, in Hebræo aliter extent, ac Chriſtianorum potius faveant placitis. Ubi ita ratiocinor, ſi mutare animus fuiſſet Judæis, mutaſſent certe iis in locis, quæ cum ipſorum dogmatibus conſpirare debent e. g. Pſ. II, 12. ubi legunt Græci atque Latini codices: *apprehendite diſciplinam, ne iraſcatur Dominus*, in Hebræo eſt *oſculamini filium, ne iraſcatur.* Quæ lectio magis favet pro Chriſto Dei filio, quam prior. Ut verum ſit, quod AUGUSTINUS habet L. XVIII. de Civitate Dei C. 46. & in Pſ. LVI. *Judæi tanquam capſarii noſtri libros noſtros circumferunt, ut cum Pagani non credunt, quæ nos de Chriſto prædicta fuiſſe dicimus, quaſi a nobis eſſent conſicta, mittamus eos ad inimicos ſidei noſtræ, Judæos, qui libros noſtros circumferunt, in quibus eadem habentur, quæ nos prædicamus.* Quod obſervamus tatione Chriſtianorum de Hebræorum fide circa conſervationem textus Sacri, id & ratione Samaritarum obſervari jure ſummo debet, gentis enim hujus, Judaicæ puta, tanta erat circa oracula Dei fiducia tantumque ſtudium de ejuſdem puritate, ut mortem potius obire quilibet prætulerit Judæus, quam vel unam litterulam inſerere vel loco movere, auctore JOSEPHO contra Apionem. L. I. n. 8. p. m. 441. ſic enim omnium coram oribus fatetur oculiſque: Δῆλον δ' ἐστιν ἔργῳ, πῶς ἡμεῖς τοῖς ἰδίοις γράμμασι πεπιστεύκαμεν. τοσούτου γὰρ αἰῶνος ἤδη παρῳχηκότος, οὔτε προσθεῖναί τις οὐδὲν, οὔτε ἀφελεῖν αὐτῶν, οὔτε μεταθεῖναι τετόλμηκεν. πᾶσι δὲ σύμφυτόν ἐστιν εὐθὺς ἐκ τῆς πρώτης γενέσεως Ἰουδαίοις, τὸ νομίζειν αὐτὰ Θεοῦ δόγματα, καὶ τούτοις ἐμμένειν, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν, εἰ δέοι, θνήσκειν ἡδέως· ἤδη οὖν πολλοὶ πολλάκις ἑώρανται τῶν αἰχμαλώτων, στρέβλας καὶ παντοίων θανάτων τρόπους ἐν θεάτροις ὑπομένοντες, ἐπὶ τὸ μηδὲν ῥῆμα προέσθαι παρὰ τοὺς νόμους καὶ τὰς μετὰ τούτων ἀναγραφάς. ὃ τίς ἂν ὑπομείνειεν Ἑλλήνων ὑπὲρ αὐτοῦ κ. τ. λ. Opponimus haſce obſervationes ac teſtimonia quibuſvis calumniis, quaſi corruptores Sacrarum Litterarum forent Judæi, ſingulis quippe exemplis proferendis potiora.

(*p*) Matth. XXIII, 23. dicit Chriſtus: *Sederunt Scribæ & Phariſæi ſuper cathedram Moſis. Quæcunque ergo dixerint vobis, ſervate & facite.* Credatne aliquis ad Scripturas corruptas legendas, & ad ipſos corruptores audiendos Dominum populos ablegaſſe?

II. Ceterum cum non Philoſophi ſit, neque Theologi ſolis auctoritatibus pugnare, verum in rem ipſam potius inquirere, & qualis illa ſit demum, cunctorum oculis, quoad ejus rei fieri poterit, exponere; mittamus & nos verba Magiſtri cujuſcunque, & pergamus in ipſam quaſi Judæam, loci ipſius, ut ita dicam, inſpecturi naturam, argumenta inde deducturi ad alterutrius populi determinandam fidem laudandamque. Duo occurrunt montes in media promiſſionis terra, minimo inter ſe intervallo diſtantes, transeunti petentique *Neapolim* ſive *Napluſam* olim *Sichem* (*a*) appellatam, Garizim alter, alter Ebal dictus (*b*). Prior horum à meridie in Septentrionem ſuo cacumine vergens vicinorum montium altiſſimus (*c*), vineis, hortis, olivetis luxurians (*d*), mons benedictionis ſalutari ad hunc uſque diem ſolet à benedictione ex montis cacumine, ſeu potius ad ejus latus dicta à ſex tribubus Deut. XI, 29. XXVIII, 12. 13. excitatis. Poſterior vero mons Ebal aridus atque petroſus ſaxiſque prægrandibus repletus & albicantibus, mons maledictionis vocatur à maledictione ibi prolata adverſus populum, qui legem tranſgreſſurus eſſet, ex mandato Moſis. In horum montium alterutro lapides prægrandes erigendos Moſes præcepit, quibus ſingula verba Legis inſcribenda, & in quo altare exſtruendum, ubi ſacrificia peragenda forent pacifica. Codex Samaritanus huic operi deſtinat montem *Garizim*, codex Hebræus montem *Ebal*. Præferunt adverſarii Lectionem Samaritanam, quod

(*a*) MAUNDRELLI itiner. edit 3. p. 59. & PETRUS à VALLE in Ep. ad Morinum 1630. data ſcribit: *Samaritani hodie perpauci ſunt: aliquot reperi in Ægypto. Cairi & Gazæ; quosdam alios in Palæſtina in civitate Sichem (à Turcis Naplus nuncupata) quæ nunc Samariæ metropolis eſt* cf. R. BENJAMIN in Itinerario p. 38-40. *In Neapoli olim dicta Sichem, centum circiter Cuthæi legis tantum Moſaicæ obſervatores.*

(*b*) JOSEPH Ant. IV. C. VIII p. 252. Τὸν βωμόν τε ἀναςήσας πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα τετραμμένον, οὐ πόῤῥω τῆς Σικίμων πόλεως μεταξὺ δυοῖν ὀροῖν, Γαριζαίου μὲν ἐκ δεξιῶν κειμένου, τοῦ δ᾽ ἐκ λαιῶν Γιβάλου προσαγορευομένου. & L. V. 1. p. 275.

(*c*) JOSEPH Ant. XI. 8. p. 579. Ἐπὶ τοῦ Γαριζεὶν, ὄρους ὃ κατὰ τὴν Σαμάρειαν ὀρῶν ἐςιν ὑψηλότατον. Id quod fabulæ anſam dedit, ac ſi mons iſte diluvii aquis non fuerit merſus, cf. *Bereſchit Rabba*, Paraſcha 32. §. 16. ad hæc verba codicis. *Et aquæ creverunt valde ſuper terram &c.* רבי יונתן סלק למצליה בירושלים עבר בהדין פלטאנוס (הר גריזים) וחמתיה חד שמריי אמר ליה להיכן את אזיל אמר ליה למיסק למצלי בירושלים אמר ליה לא טב לך למיצלי בהדין טורא בריכא ולא בההיא ביתא קלקלתא אמר ליה למה הוא בריך אמר לו דלא טף במוי דמבולא: *Rabbi Jonathan profectus, ad precandum, Hieroſolymas tranſiit iſtum Peltanum (montem Garizim) quod videns aliquis Samaritanorum, quo tendis?* ait: *precatum, inquit, Hieroſolymas. At alter, melius eſſet tibi orare in hoc monte benedicto, quam in iſta domo ſtercoraria. Cur, autem, rogavit hic, mons ille benedictus eſt? quia, reſpondit alter, non fuit ſubmerſus aquis diluvii.* Et in nummo quodam Caracallæ, quem NORISIUS (de Epocha Syro. Maced. p. 540-543.) exhibet, ſcalæ permultæ expreſſæ deprehenduntur, per quas ad eum adſcenſus fiebat. Auctor itinerarii Hieroſolymitani, qui ſcripſit circa A. 330. ſic: *& adſcenduntur ad ſummum montem gradus numero CCC.*

(*d*) R. BENJAMIN l. c. *Samaritani offerunt holocauſta in monte Garizim, & hanc eſſe domum Sanctuarii affirmant. In hoc monte diverſi ſunt fontes & pomaria, at mons Ebal aridus eſt inſtar lapidum & petrarum.*

quod vel ipſa montis facies læta atque beata invitare hominem debuiſſet, quidni Deum, proſperrimæ ſeſe accommodantem rerum naturæ? Eoque magis præferunt Garizitanum, quod Deus beneplacitum ſuum ſignificaverit, utpote benedictioni deſtinando illum eundem, maledictioni è contrario Ebalicum. Hac expoſita mente, proponamus noſtram, remque propterea ex alto repetamus, hoc eſt, ex eo, unde cauſæ ipſi lux queat affundi, Moſis autem præcepta ſuus honor & gloria maneat. Conſtat inter omnes, quotquot antiquitati ſtuduere, gentium populorumque mores in condendis conſervandiſque legibus eos fuiſſe, ut publicis monumentis erectis, lapidibus, columnis, æneiſque tabulis ſuſpenſis, omnium oculis expoſuerint illas ipſas leges, quas ſingulorum actionibus cupiere exprimendas. Quin & gentium fata tabulis publicis inſcripſere, ſtatuis, marmoribuſque inſculpſere perennioribus ære, non aquæ fluctibus delenda, non ignis conſumenda flammis, quo poſteritati traderent ſuæ gloriæ indicia, conſulerentque immortalitati, quam anhelamus omnes. Infinitus eſſem, dicta probaturus, ſi Græcorum Romanorumque vel ipſius Sethi columnas, lapides, marmora ex ruinis ſuis excitare vellem. Ad ſolos itaque Ægyptios memet converto, ſcopo inſervituros meo. Athotes ſive Mercurius, nominis hujus Primus Rex Memphiticus inventor Litterarum (*e*) & Theologiæ Hieroglyphicæ Hiſtoriam Ægyptiacam inſculpſit ſtatuis ſeu lapidibus. Ex his Mercurius II. deſcripſit gentis Hiſtoriam tradiditque aſſervandam ſacerdotibus Ægyptiacis (*f*). In hoc regno natus & educatus, imo in ipſa Regis, uti conſtat, aula diſciplinis artibuſque nutritus Moſes, populi mores cognovit, fata & Hiſtoriam gentis certe didicit. Anno ætatis octuageſimo vocatus à Deo conſtitutuſque populi Judaici Dux & Legiſlator per 40 annorum ſpatium. Quanto ſtudio fidus hic Dei miniſter arſerit Divinæ voluntatis propagandæ apud poſteros, ſacræ ubivis paginæ loquuntur: dum manibus, pectori, domus poſtibus inſcribenda inſculpendave verbi Divini præcepta voluerit legeſque, adeo, ut parentes liberis inculcarent ac domi foriſque magnalia Dei declararent: quæ toto corde animoque præcepit perpetuæ memoriæ commendanda (*g*). Quid nunc opportunius tanto viro potuit

(*e*) Euſeb. Præp. Evang. L. I. p. 31.

(*f*) Hanc dein Manetho ſacerdos Heliopolitanus, tempore qui vixit Ptolomæi Philadelphi in Græcam Linguam traduxit, cujus hiſtoriæ excerpta nobis conſervavit Georgius Syncellus T. IV. Hiſt. Byz. qui p. 31. Lit. E. ſic: Πρόκειται δὲ λοιπὸν καὶ περὶ τῆς τῶν Αἰγυπτίων δυναστείας μικρὰ διαλαβεῖν ἐκ τῶν Μανεθῶ τοῦ Σεβεννύτου, ὃς ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου Αρχιερεὺς τῶν ἐν Αἰγύπτῳ εἰδωλείων χρηματίσας, ἐκ τῶν ἐν τῇ Σηριαδικῇ γῇ κειμένων στηλῶν ἱερᾷ, φησὶ, διαλέκτῳ καὶ ἱερογραφικοῖς γράμμασι κεχαρακτηρισμένων ὑπὸ Θὼθ τοῦ πρώτου Ερμοῦ, καὶ ἑρμηνευθεισῶν μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἐκ τῆς ἱερᾶς διαλέκτου εἰς τὴν ἑλληνίδα φωνὴν γράμμασιν ἱερογλυφικοῖς, καὶ ἀποτεθέντων, ἐν βίβλοις ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ δαίμονος υἱοῦ τοῦ δευτέρου Ερμοῦ, πατρὸς δὲ τοῦ Τὰτ ἐν τοῖς ἀδύτοις τῶν ἱερῶν Αἰγύπτου, προσεφώνησε τῷ αὐτῷ Φιλαδέλφῳ βασιλεῖ δευτέρῳ Πτολεμαίῳ ἐν τῇ βίβλῳ τῆς Σώθεος γράφων ἐκ λέξεως, οὕτως...

(*g*) Deut. VI, 7. 9. XI, 20. Pſ. LXXVIII. Niſi poſteritati conſulendum voluiſſet Moſes, ſuffeciſſent, quæ ſcripta reliquerat, monumenta ſua ipſius exarata manu populoque prælegenda.

potuit accidere ultimum mox orbi dicturo vale, quam detegere locum, in quo omnium oculis non leges tantum Dei, verum & præcipue fata populi exponere Deique miracula pandere poſſet? Quis vero præ ceteris huic tanto conſilio inſerviturus erat exſequendo, quam, quem ſacer Moſis codex declarat, Ebalicus mons? Erat is media in promiſſionis terra ſitus, ad quem concurrere undique populus poſſet, non arboribus, non hortis, non pratis impeditus, non fontibus irriguus, ſed marmoribus inſtructiſſimus, lapidibus ſaxiſque prægrandibus ditiſſimus iis, quibus opus erat, ad altare monumentaque erigenda ampliſſima; id quod vel monti nomen dedit, & loci natura noſtris adhuc temporibus declarat ſingulis viatoribus. Notat ſcilicet *Ebal* vi Etymi Arabici: montem lapidibus ſaxiſque albicantibus inſtructiſſimum (*b*). Peregrinantes etiam uno ore

faten-

(*h*) De עיבל monendum quod vox primitiva עבל Hebræis non ſit in uſu, ſed Arabibus, quibus inter alia ſignificat, *foliis nudare arborem* & derivatum اعبل אעבל *Lapides albos* denotat. *Montem, in quo tales lapides. Lapides aſperos, craſſos, in quo album quid, rubrum & nigrum, & flavum.* Hoc eſt marmora. cf. §. II. n. d. Ex horum lapidum natura nunc porro indicandum, quid Moſis verba ſibi velint Deut. XXVII, 4. ושדת אותם בשיד *Linies eos calce.* Varia vocum interpretatio, potiores huc trahamus. Communis ſententia hæc eſt: calcem fuiſſe ſic adhibitam, ut obduceretur lapidibus ad lævigandam illorum faciem, quo melius ei lex poſſet inſcribi. Sed ſubſequens vocabulum, (eſt refutatio à Kennicotto facta,) manifeſtum reddit, verba non fuiſſe *ei*, h. e. *calci* inſcribenda ſed *iis*, h. e. lapidibus אותם. Præterea, ſic pergit Kennicott, ſi non perpetuitatis cauſa hæc res facta fuiſſet, tabulæ aderant legis ab initio ſcriptæ, quibus in recitandis ſingulis præceptis hoc tempore bene uti potuiſſet Joſua. Quodſi vero perpetuitatis cauſa hæc inſcriptio fiebat, facies lapidum calce obducta (quicquid etiam de duritie calcis veterum dicant) vix credi poteſt tale remedium fuiſſe, quo ſatis inſcriptio potuiſſet ab interitu ſervari, præcipue cum hæc facta exiſtimetur, ſimul ac obducta fuiſſet. HOUBIGANTIUS Doctiſſimus Pater Oratorienſis putat, verba nun interpretanda de calce lapidum faciei obducenda, id quod communis opinio eſt, ſed *cæmentum* intelligi, quo lapides monumenti, unus ad alterum firme cohærerent. Quænam vero moles exinde fuiſſent coagmentatæ, quum lapides prægrandes ſeligendos Moſes ſtatuerit? אבנים גדלות. Deut. XXVII, 2. unde moles molibus addendo Ægyptiorum prodiiſſent quaſi vaſtæ Pyramides, ſeculorum labor. Tertia MICHAËLIS eſt, quam ex ipſius Libro Moſaiſches Recht huc tranſſcribemus T. II. p. 3. §. 69. Ich glaube vielmehr, Moſes habe hier mit eben der Vorſicht auch auf die Zukunft gehandelt, als man von dem Baumeiſter Soſtratus erzählet, der den Pharus bauete, und den Namen des Königes in Kalck, ſeinen eigenen aber insgeheim in den mit Kalck bedeckten Stein grub, damit er bey der Nachweit zum Vorſchein kommen möchte, wenn der Kalck mit dem Namen des Königs abgefallen ſeyn würde. So befahl auch, glaube ich, Moſes, die Geſetze in die Steine ſelbſt zu ſchneiden, dieſe aber dick mit Kalck zu überziehen, damit die Inſchrift viele Secula hindurch vor allen Beleidigungen des Wetters und der Luſt ſicher bliebe, und erſt, wenn, nach Jahrhunderten oder vielleicht nach Jahrtauſenden, der Kalck abgefallen wäre, zum Vorſchein käme, und die allerſpäteſte Nachwelt belehrte, ob ſie ſein Geſetz ungeändert habe. Sic Moſes poſteritati remotiſſimæ conſuluiſſet, liberos nepoteſque neglexiſſet, quum tamen Dei præcepta liberis nepotibuſque manifeſtanda præceperit Moſes Deut. VI, 7. Quarta KENNICOTTI eſt quam MICHAËLIS l. c. p. 2. ſq. refert & refutat ſic: Kennicott meint, ſie wären auf ſchwarzem Marmor, und zwar mit erhabenen Buchſtaben, gegraben, und denn die Vertiefung um die ſchwarzen Buchſtaben mit einem Guß von weiſſem Kalck ausgefüllt, damit die Buchſtaben ſelbſt beſſer in das Aug fallen möchten. Allein auch diß würde keine gute Vereiwigung ſeyn: denn der Kalck kan

dem

ſatentur cf. §. II. n. d. Garizitanum montem fontibus & pomariis lætum, montem vero Ebalicum plane aridum ſterilemque inſtar lapidum atque petrarum. Neque tamen propterea dicendus mons maledictus, ſed maledictionis, hoc eſt, qui inſervivit proferendæ maledictioni contra legis tranſgreſſores, atque proinde, ut æque ſanctus ſua natura ac Garizitanus erat, ita & æque ac is inſervire poterat altari ſuperſtruendo ponendisque lapidibus prægrandibus. Legis nomine inſcribendæ marmoribus non Decalogum putamus cum adverſariis, ſingulorum quippe cordi inſcriptum, ac duabus tabulis propoſitum genti. Moſe plures, non duos voluit erigendos lapides. Placet potius ex parte illorum ſententia, qui ſingula præcepta à Moſe propoſita ipſis hiſce tabulis putant inſcripta, inhærendo ipſius mandati naturæ, quod vult, omnia legis inſcribi verba. Sed, dum litteræ inhærent hujus ſententiæ patroni, tertia tandem ſententia prodit, quam noſtram putamus, ut non præcepta tantum, ſed gentis fata Deuteronomio breviter expoſita, quæ Deuteronomii Cap. I, v. 5. (*i*). LEGEM appel-

dem Wetter nicht lang widerſtehen, und ſobald er nur an einigen Orten abſiele, würden die erhabenſtehenden Buchſtaben leicht durch allerley Zufälle, denen eine eingegrabene und vertiefte Schrift nicht unterworfen iſt, abgeſtoſſen und unkänntlich gemacht werden können. Ueberhaupt niemand, der etwas für die ſpäte Zukunft auf Steine ſchreibt, wählt gern erhabene Schrift. Auch hätte Moſes, wenn diß ſeine Meinung wäre, ſich ſehr undeutlich ausgedrückt, weil er von der Farbe des Steins, auf die doch alles ankäme, kein Wort ſaget. Proponamus tandem noſtram, quam ſingulis lectoribus ponderandam relinquimus ſententiam. Secemus lapides & marmora ferro & pulvere, ושרת à radice שדד, quod eſt *occare*, *glebas ſcindere ferro, crate* & *coæquare* Hoſ. X. 11. Jeſ. XXVIII, 23. & שד eſt *pulvis* ſeu *terra pulveriſata* Amos II, 1. cujus ope, agitando ferrum, ſcindi lapides & marmora ſolent, id quod circa altare non obſervandum: *non enim agitabis ferrum* עליהם ברזל לא תניף, utpote tumultuarium conſtituendum, ſuper quo una vice ſacrificandum, loco nondum deſtinato, ubi cultus publicus, isque perpetuus foret celebrandus. LXX etiam שד per κονίαν, h. e. *pulverem* vertunt. Cognitam enim ſecandi ſcindendique lapides artem EUSEBIUS teſtatur, qui de CADMO Phœnicio ſic: in Præp. Ev. VI. p. 476. Κάδμος ὁ Φοίνιξ λιθοτομίαν ἐξεῦρε, unde nec Moſes eam ignorare poterat Cadmo poſterior. Atque ſic lapidibus ſive marmoribus ferro ſeu ferra adhibitoque pulvere diſſectis & coæquatis, verba Moſis, ſive gentis Hebraicæ hiſtoria legeſque inſcribi poterant, prouti noſtris adhuc temporibus Græcorum fata marmoribus, ſic dictis ARUNDELIANIS, inſcripta propoſitaque leguntur. Nec impoſſibile ullo modo videri poteſt, ut cum MICHAËLIS loquamur, quin adhuc illi ipſi Moſis lapides à poſteris erui, lucique communi queant ſubjici, atque proinde monumenta tria millenaria quæ ſuperant à remotiſſima poſteritate cognoſcantur ſuſpicianturque; dummodo HOWARDIANA induſtria & opes adhiberi, invenirique poſſent.

(*i*) Deut. I, v. 5. בעבר הירדן בארץ מואב הואיל משה באר את התורה הזאת *Trans Jordanem: in terra: Moabi ſuſcepit Moſes explicare legem hanc* &c. Sequitur jam ipſa *lex* quæ nil aliud niſi fatorum populi repetitio altera eſt, una cum legibus; & hanc ſecundam legem inſcribi lapidibus juſſit conf. Deut. XXVII, v. 3. וכתבת עליהן את־כל־דברי התורה הזאת בעברך למען אשר תבא אל הארץ אשר יהוה אלהיך נתן לך; *& ſcribes omnia verba hujus legis* (ſecundæ) *ſuper eis* (lapidibus prægrandibus) de quibus in plurali non duali loquitur Moſes, ergo non duabus tabulis, ut adverſarii voluut. Quod vero ſub *Lege* hac, *Lex ſecunda*, ſive Deuteronomium, ſit intelligenda, id ex exſecutione patet Joſ. VIII, 32. ubi expreſſis verbis *Lex* lapidibus pluribus non duo.

appellat Moſes, monumentis publicis, h. e. marmoribus inſcribi voluerit, moris Ægyptiaci memor, & ſua natura pronus ad manifeſtandam gloriam Dei commendandamque poſteris. Etiam primariæ partes quas adverſarii Garizitano monti adſcribunt, conciliaturi gratiam eidem gloriamque, & ſanctimoniam majorem præ Ebalico e. g. quod Deus Abrahamo ibidem apparuerit, quod altare in his regionibus excitarit, Gen. XII, 6. 7. quod Jacobus agrum ſibi eodem in loco emerit Gen. XXIII, 18. 19. &c. Sichemum potius urbem & agrum, quam ipſum montem, concernunt. JOTHAMUS vero Garizitanum montem elegiſſe cenſendus eſt, Jud. IX, 8. pro proferendis verbis: *audite me incolæ Sichem & vos quoque Deus audiat*, quod ipſi urbi imminebat auctore Joſepho, atque proinde verbis exaudiendis aptior, præ Ebalico. Ut adeo loci electio in monte Ebalico facta pro erigendis lapidibus & altaritantum non deroget Textui ſacro Codicis Hebraici, ut potius ipſius Moſis hiſtoriæ pondus præbeat & argumentum graviſſimum, rerum naturæ & locorum experientiæ mirum in modum reſpondenti.

III. Gens Samaritana ſua origine Aſſyriaca & Babylonica facta eſt Judaica. Civitates decem tribuum occupavit jubente Salmanaſſare (*a*). Primis ſtatim initiis natio erat gentilis, verum preſſa calamitate dira, a leonibus quippe infeſtata (*b*), quos ſecuta peſtilentia, mali remedium quæſivit in antiquis gentis ſacris, cujus occuparat ſedes. Miſſus à Salmanaſſare ſacerdos, qui legitima Dei Iſraëlis ſacra doceret (*c*). Arripit Sacra hæc Samarita, neque tamenpriſtino ſtatim valedicit cultui nec deſerit patrios Deos. Adorat potius cum Deo Iſraëlis Aſſyriorum idola cultumque præſtat iiſdem humanæ naturæ inimiciſſimum (*d*). Ceterum non ſoli gentiles veterum inhabitabant do-

 in

duobus) inſcribenda vocatur *ſecunda lex* ...וכתב ... שם על־האבנים את משנה תורה משה׃ *& inſcribes ibi ſuper lapides ſecundam legem* (Deuteronomium) *Moſis.* Neque enim objici poterit nimia fuiſſe verba, quam quæ inſcribi lapidibus ſive columnis potuiſſent; ſiquidem quinquennium prætérlapſum eſt à mandato Moſis propoſito ad executionem ejus peractam, auctore Joſepho Ant. V. C. 19. p 274. ἔτος δὲ πέμπτον ἤδη παρεληλύθει καὶ Χαναναίων οὐκέτ' οὐδεὶς ὑπολέλειπτο, πλὴν εἰ μή τινες εἰς ὀχυρώτατον τεῖχος διέφυγον. Ἰησοῦς δὲ ἐκ τῶν Γαλγάλων ἀναστρατοπεδεύσας εἰς τὴν ὀρεινὴν ἱστῆ τὴν ἱερὰν σκηνὴν κατὰ Σιλοῦν πόλιν ... καὶ χωρήσας ἐντεῦθεν ἐπὶ Σικίμων σὺν ἅπαντι τῷ λαῷ, βωμόν τε ἵστησιν ὅπου προεῖπε Μωυσῆς κ. λ.

(*a*) 4 Reg. XVII, 24. *Adduxit autem Rex Aſſyriorum de Babylone, & de Cutha, & de Avah, & de Emath, & de Sepharvaim: & collocavit eos in civitatibus Samariæ pro filiis Iſraël: qui poſſederunt Samariam, & habitaverunt in urbibus ejus.* cf. JOSEPHUS Ant T. I. p. 507.

(*b*) 4 Reg. XVII, 25. *Cumque ibi habitare cæpiſſent, non timebant Dominum: & immiſit in eos Dominus leones, qui interficiebant eos.* JOSEPHUS l c. peſtilentiam immiſſam dicit, conciliari poterunt loca ita, ut in textu habemus.

(c) l. c. v. 27. 28. & JOSEPHUS l. c.

(*d*) l. c. v. 41. *Fuerunt igitur gentes iſtæ timentes quidem dominum, ſed nihilominus & idolis ſuis ſervientes: nam & filii eorum, & nepotes, ſicut fecerunt patres ſui, ita faciunt usque in præſentem diem.* v. 29. *Et una quæque gens fabricata eſt Deum ſuum: poſueruntque eos in fanis excelſis,*

micilia Iſraëlitarum, quin potius vel ſuperſtites (*e*) remanſere Judæi in patriis terris, nec abducti in captivitatem, vel quod ſubſequentibus factum temporibus, facti transfugæ ex Judæ regno (*f*). Unde Dei Iſraëlis ejuſque cultus propius cognoſcendi gentilibus nata occaſio (*g*). Everſo à Salmanaſſare Samariæ regno, ſtetit Judæ per 120 circiter annos, tandem vero Jojakimo cum magna Judæorum manu ab Aſſyriis Babylonem abducto (*h*) temploque mox Hieroſolymitano à Nabuchodonoſare everſo, deletum (*i*). Sciſſo poſt Salomonis mortem Divino populo in duas partes, gravis exinde altercandi nata materies, inter gentes quippe æmulas: hæc vero diſcordia mirum in modum exarſerat reduce tribu Judæ in patriam facta tempore Zorobabelis atque Joſuæ. Data quippe Zorobabeli, Joſuæ, Nehemiæ ac toti populo Judaico templi ædificandi grata poteſtas ab Aſſyriæ Regibus CYRO, DARIO, & ARTAXERXE. Invidit populo gloriam Samaritana gens, quod particeps & ipſa fieri voluit domus Divinæ ædificandæ quæ ſolemnibus Iſraëlis Dei patere ſacris, cultuique deſtinari publico deberet (*n*). Reſpuere Judæi oblatum auxilium Samaritanorum, petitiſque dedere repulſam (*o*). Hinc ſtructæ Nehemiæ inſidiæ (*p*), hinc adhibitæ artes variæ (*q*), vero Iſraëlitæ deteſtandæ, quibus obſtacula muro Hieroſolymitano ædificando poſuere. Hinc dira iſta inimicitia nata, gentes quæ haſce dilacerat per millenaria durans. Audiamus de hac re ELIEZERUM in Capitibus ſuis Sect. 38. ſic: *Quid fecerunt Eſdras & Zorobabel filius Salathiel, & Joſue filius Jehoſedech? coëgerunt omnem congregationem in domum Domini, & venire fecerunt trecen-*

celſis, quæ fecerant Samaritæ, gens & gens in urbibus ſuis, in quibus habitabat. v. 30. *Viri enim Babylonii fecerunt Sochothbenoth: viri autem Chutæi fecerunt Nergel: & viri de Emath fecerunt Aſima.* v. 31. *Porro Hevæi fecerunt Nebahaz, & Tharthac. Hi autem, qui erant de Sepharvaim, comburebant filios ſuos igni, Adramelech & Anamelech Diis Sepharvaim.*

(*e*) Non enim omnes Iſraëlitas abductos, ſed quod maxime veroſimile, pauperiores in ſylvis abditiſque locis degentes, neque proinde ab Aſſyriis timendos, in patria ſede relictos, patet ex 2. Paralip. XXXIV, 33. *Et fecit Joſias omnes, qui reſidui erant in Iſraël, ſervire Domino Deo ſuo.* cf. 2 Paral. XXX, 9. *Si enim vos reverſi fueritis ad Dominum, fratres veſtri & filii veſtri habebunt miſericordiam coram dominis ſuis, qui illos duxerunt captivos, & revertentur in terram hanc.* v. 25. *Et hilaritate perfuſa omnis turba Juda, tam ſacerdotum & Levitarum, quam univerſa frequentia, quæ venerat ex Iſraël:* (invitat Joſias ad feſtum Paſchæ reliquias tribuum Iſraëlitarum, qui Aſſyriorum cladem captivitatemque evaſerant) *proſelytorum quoque* (nihil aliud hi erant, niſi converſi ad Judæorum religionem gentiles) *de terra Iſraël & habitantium in Juda.*

(*f*) JOSEPHUS L. II. Ant. Cap. Ult. p. 580.

(*g*) 2 Paral. XXX, 25. & JOSEPHUS L. X. C. 5. *Inviſit* (Joſias) *alios Iſraëlitas qui captivitatem & ſervitutem Aſſyriorum evitaverant, eiſque perſuaſit, ut omiſſis impiis actionibus* &c.

(*h*) 2 Reg. XXIV, 8. *ſq.* Jerem. XXIX, 1. 2. 3. 4. 10.

(*i*) 2 Reg. XXV.

(*l*) 1 Reg. XII.

(*m*) 2 Paralip. XXXVI, 21. 22. Jerem. XXIX, 10. Eſræ I. II. VI. VII.

(*n*) Eſræ IV.

(*o*) JOSEPH. Ant. XI, 5. p. 565. Eſræ IV, 3.

(*p*) Nehem. VI, 2. *ſqq.*

(*q*) ibid. v. 6. *ſqq.*

trecentos Sacerdotes & trecentos pueros: trecentæ autem tubæ, & trecenti libri legis erant in manibus eorum (*r*). *Illi autem clangentes tubis, Levitæ vero canentes & pſallentes fugaverunt Cuthæos per ſecretum nominis expliciti* (יהוה) *& per ſcripturam ſcriptam ſuper tabulas, & per anathema domus judicii ſuperioris, & per anathema domus judicii inferioris, ut nullus Iſraëlita comederet buccellam Cuthæi in æternum. Ab eo tempore pronuntiarunt, Quicunque comederit carnem Cuthæi, ſicut qui comedit carnem porcinam: neque fiat Cuthæus proſelytus; neque ſit illis pars in reſurrectione mortuorum, ſicut dictum eſt* (*s*), *non nobis & vobis ædificatio domus Dei neque in hoc ſeculo, neque in futuro; & adhuc non ſit eis pars & hæreditas in Jeruſalem.* Jesus filius Syrach, qui paulo poſt ſæviſſimi iſtius odii eruptionem ſcribebat, ejuſdem anathematis argumentum præbet, cum ait Eccleſiaſtici C. L. v. 27. 28. *Duas gentes odit anima mea, tertia autem non eſt gens, quam oderim: Qui ſedent in monte Seir, & Philiſthiim, & ſtultus populus, qui habitat in Sichimis.* Ex hac hiſtoria quæſtio etiam mulieris Samaritanæ poteſt explicari Joh. IV, 7. *Quomodo tu Judæus cum ſis, bibere à me poſcis? quæ ſum mulier Samaritana, non enim coutuntur Judæi Samaritanis.* Eo autem uſque odio etiam nunc feruntur in Samaritanos Judæi, ut coria & pergamena ab iis præparata, profana cenſeant, in iiſque legem aut *Thephillim* deſcribere illis ſit illicitum. Cujus rei rationem affert Moyses Ægyptius parte prima יד החזקה Tractatu de *Thephillim* Sect. I. num. II. *Quicquid neceſſe eſt fieri nomine ſuo, ſi illud faciat Cuthæus, profanum eſt.* Hoc axioma deſumtum ex *Talmudis* Tractatu *Ghittim* ſect. II. ut notat Ben-Karo in Commentario משנה כסף. In hac iræ & invidiæ expoſita hiſtoria certe haud obſcura latet ratio, quare vis codici illata non crimini data Samaritis a gente Judaica, ipſis corruptionis temporibus, quod ſcilicet non tantum ipſorum vitarant commerci-

 um

(*r*) Et de tribus ſectis Judaicis C. XI. p. 135. Licet tantam maledictionem à Judæis profectam eſſe non credamus, utpote Hiſtoriæ Eſdræ & Nehemiæ, quin & ipſorum pietati contrarium, ut & Josepho L. XI. c. 4. p. 556. Attamen id exinde colligi poterit, quod, ni patres tanto odio fuerint acti, viguit certe in filiis eorumque poſteris. Temporibus Chriſti ad ſummum culmen enixa iſta inimicitia adeo, ut Samarita & dæmoniacus pari paſſu ambularint Joh. VIII, 48. Quin & noſtris temporibus eo uſque excrevit, ut ſolos ſe Judæos veros, falſos vero quoſcunque alios, populorumque quaſi excrementa reputent. cf. Basnage *Cont. de l'hiſtoire des Juifs.* Liv. VIII. C. VI. n. 2. p. 154. edit. de Paris, qui ſuam hiſtoriam hauſit ex litteris Doctiſſimi Huntingtoni Angli, qui cum Samaritis in Oriente plurimum verſatus eſt. Sequuntur nunc ipſa R. Eliezeris verba:

מה עשה עשרא חרוכבל בן שאלתיאל
ויהושע בן יהוצדק וקבצו את כל הקהל
אל היכל יי והביאו שלש מאות כהני
ושלש מאות תינוקות ושלש מאות
שופרות ושלש מאות ספרי תורה בידם
והיו תוקעים והלוים משוררים ומזמרים
ומנדים את כותיי בסוד שם המפורש
ובכתב הנכתב על הלוחות ובחרם בית
דין העליון ובחרם בית דין התחתון
שלא יאכל אדם מישראל פת כותי עד
עולם מכאן אמרו כל האוכל בשר כותי
כאילו אוכל בשר חזיר ואל יתגייר אדם
כותי ואין להם חלק בתחיית המתים
שנאמר לא לכם ולנו לבנות בית
אלהינו לא בעולם הזה ולא בעולם הבא
ועוד שלא יהיה להם חלק ונחלה
בירושלם:

(*s*) Nehemiæ II, 40.

um, ſed & quamlibet rem ab ipſis profectam, maledictione notarant, ergo nec ipſorum codices, quos ignorarunt proinde, tetigiſſent, ſi vidiſſent, nedum legiſſent. Eluſa Samaritanorum fraude, reddito aliquatenus priſtino ſplendori Judæorum templo, ſacrandi populi mores ad legis Divinæ præſcriptum. Unde præ ceteris profana matrimonia (t) in cenſum venere apud Nehemiam, cujus ſententiæ populus univerſus fere adeo ſubſcripſit, ut vel MANASSEM Jaddi pontificis magni fratrem, qui SANABALLATI Cuthæi filiam duxerat in matrimonium ab altaribus arcuerint, dum dimittere uxorem nollet (u). Iræ tumens & repulſæ impatiens ſecedit ad Sanaballatum Samaritanis à Dario Præfectum Manaſſes. Ulturus injuriam, permittente Dario, confirmante dein Alexandro, templum æmulum Hieroſolymitani exſtruxit in monte Garizim Sanaballetus, conſtituto Pontifice Magno ipſo Manaſſe. Qua quidem re adeo exacerbati poſtea utriuſque gentis animi, ut ad internecionem uſque mutuam incitarentur. Facta enim Samaria & præcipue templum Garizitanum legis Judaicæ transgreſſorum caverna & triſte aſylum. *Si quis enim*, auctore JOSEPHO, L. II. cap. ult. p. 580. *apud Hieroſolymitas aut illiciti cibi jumti, aut violati Sabbati, aut ſimilis criminis reus ageretur, ad Sicimitas confugiebat, calumniam ſe paſſum dictitans.* Eandem occaſionem ædificandi templi *referunt* ABRAHÆ Cabbala & liber JUCHASIN (v) ſic: *Illo tempore cum diſcederet Alexander è Jeruſalem, egreſſus eſt ad eum Sanaballetus Churonites cum aliquot Iſraëlitis & filiis Joſue ſacerdotis magni, qui affinitatem contraxerant cum Cuthæis, quoſque fugaverant Eſdras ſacerdos & Nehemias à domo Domini: petiitque ab Alexandro, ut ſacerdotes generi ſui ædificarent templum in monte Garizim. Quo à rege præcepto templum ædificarunt. Tunc diviſus eſt Iſraël in duas partes: Pars populi ſecuta eſt Simeonem juſtum & Antigonum diſcipulum ejus & ſodalitium eorum juxta id, quod acceperant ab Eſdra & Prophetis; pars autem alia Sanaballetum & generos ejus: obtuleruntque holocauſta & ſacrificia extra domum Dei, & commenti ſunt de corde ſuo inſtituta. In domo autem iſta ſacrificio functus eſt gener Sanaballeti Manaſſes filius Joſuæ, filii Joſedech ſacerdotis magni* Hoc jam tempore alia ſiſtitur Samaritanorum facies. Veriſimillimum enim, hac tempeſtate ſenſim ſenſimque cultum idolorum fuiſſe abolitum. Rationibus quippe politicis Manaſſis & ſoceri ejus Sanaballati convenientiſſimum erat, ut

(t) Illicita matrimonia cum exteris ineunda præcepit Moſes Deut. VII, 1. 2. 3. ne confuſio gentis cum gentilibus fieret, & cf. Eſræ IX, 7. X, 1. 2.

(u) Nehemiæ XIII, 28. JOSEPH. Ant. Jud. II. Cap. ult.

(v) אן אלכסנדר כשנכנס מירושלים יצא אליו סנבלט החורוני עם מקצת ישראל ומבני יהושע כהן גדול שהתחתנו עם הכותיים שהבריחם עזרא הכהן ונחמיה מביתה' ושאל מאלכסנדר שיבנו הכהני' חתניו בירת מקדש בהר גריזים וצוה המלך להעשות כן ויבנו הבית אז נחלק ישראל להצי חצי העם אחר שמעון הצדיק ואנטיגנוס תלמידו וסיעתם כפי מה שקבלו מן עזרא ומן הנביאים והחצי אחר סנבלט וחתניו והקריבו עולות וזבחים חוץ לביתה' ובדו מלבם חקים ובבירת הזה' כוהן חתן סנבלט מנשה בן יהושע בן יוצדק כהן:

ut Judæorum plurimos in ſuas partes pertraheret, id quod, ſervata idololatria, quam gens reformata fugiebat, fieri nunquam potuiſſet. Conſentit in hanc rem Josephus Ant. XI, c. 8. p. 582. Annos Sabbaticos, ab eis obſervatos fuiſſe ſcribit, & rogatum ab ipſis Alexandrum, ut à ſeptimi anni tributo ſolvendo immunes eſſent, quandoquidem eo non ſeminarent. At unde hoc haurire, niſi ex lege Moſis, poterant, in qua cultus unius Dei tam diſertis & toties repetitis verbis præſcribitur. Ardebant ſtudio obediendi Divinæ legi circa præceptum poſitivum, *Legem de Sabbato*, cur non eodem fuiſſent lati circa præceptum naturale, *de Deo uno*? Conſentit Epiphanius Hæreſi IX. *Illi accepta lege hoc unum ſtuduerunt, ut idolorum repudiata ſuperſtitione unum Deum agnoſcerent.* Vanum vero adverſariorum argumentum, quo ex poſt facto ita concludunt: Siquidem verum, quod Samaritani templum in monte Garizim exſtruxerunt, patet exinde & quam maxime veroſimile, etiam priſtinis temporibus in eodem ſtetiſſe Dei altare. Vanus inquam hic ratiocinandi modus, ubicunque enim Patres poſuere altaria, ibi & templa ſtatuenda. Joſephus præterea planiſſimam rationem addit, cur montem elegerint. Erat primo omnium altiſſimus, unde ſua natura operi exſtruendo præ ceteris ſplendido, aptiſſimus, æmulum præterea fanum templi Hieroſolymitani, in monte quoque exſtructi, qui proximus erat ipſi Metropoli terræ Judaicæ, ad quod congregari tota natio poſſet; ſeligendus itaque mons erat qui *Sicimo* Metropoli gentis Samariticæ erat proximus. Quum vero conſtet impendiſſe Garizitanum montem ipſi urbi, atque præterea monte Zionis fuiſſe excelſiorem, certe hunc, ut conſilium exequi ſuum poſſet, præ ceteris omnibus ſeligere montem debuit, ſua ſeſe natura, locoque commendantem. Cognita itaque gentis Samaritanæ origine, ſatiſque expenſis, componamus nunc breviter eadem cum gentis Judaicæ, ut lux prodeat grata, cujus radii montium culmina luſtrent, de quorum ſplendore diſceptatur, nebulaſque diſpellant. Inter varia præcepta, quæ, Divino numine ita volente, Moſes populo præſcribenda ſtatuit devoluturus mox in Joſuam, quam Deus ipſi conceſſerat, auctoritatem, & illud erat: ut templum nullum, altare nullum exſtruerent perpetuis inſervituturum uſibus prius, quam ipſe indigitaverit. Extat lex Moſis Deut. XII, 35. (x) Lev. XVII, 3. 4 (y). Ab illo tempore omnem induſtriam collocarunt in

(x) *Diſſipate aras gentium, confringite ſtatuas, lucos igne comburite, & idola comminuite: diſperdite nomina ipſorum de locis illis. Non facietis ita Domino veſtro Deo: Sed ad locum, quem elegerit Dominus Deus veſter de cunctis tribubus veſtris, ut ponat nomen ſuum ibi, & habitet in eo, venietis... In loco, quem elegerit Dominus Deus veſter, ut ſit nomen ejus in eo. Illuc omnia, quæ præcipio, conferetis, holocauſta, & hoſtias, ac decimas, & primitias manuum veſtrarum: & quidquid præcipuum eſt in muneribus, quæ vovebitis Domino.*

(y) *Homo quilibet de Domo Iſraël, ſi occiderit bovem aut ovem, ſive capram, in caſtris vel extra caſtra. Et non obtulerit ad oſtium tabernaculi oblationem Domino, ſanguinis reus erit: quaſi ſi ſanguinem fuderit, ſic peribit de medio populi ſui.*

in eo, ut expiſcarentur quaſi quinam præ ceteris locus deſtinandus eſſet ſedi Divinæ. DAVIDES Rex deſiderio arſit ſummo exſtruendi Domino domum, qui ſibi ipſi palatium aperuit, paſtori, tanta indigno gratia. Perpetuis bellis implicitus atque diſtrictus DAVIDES, profuderat ſanguinem, quem abhorret miſericors Deus, ſicque excidit tanto honore Rex, cetera fidus caruſque Numini (z). Manſit gloria pacificum ejus filium SALOMONEM ſapientiæ amantem. Hic vero montem Zion divinitus deſtinatum claris cognovit indiciis. Præparavit itaque quæcunque conſtruendo, exornando, ditandoque templo neceſſaria videbantur, & eo felicitatis provectus, ut quod cœperat exſtruere, finiverit ipſe & Divina Dei præſentia viderit condecoratum (α). Quæ brevibus ex utriuſque populi hiſtoria nunc excerpſimus, ſufficere poterunt determinandæ alterutrius gentis circa codicem fidelitati. Hic vero illum probandi modum, quem adverſarii adhibent, vix probandum credimus, qui afferendo in medium varia benignitatis naturæ exempla populi Samaritani, ad univerſam gentis indolem concludendum exinde ſtatuunt, populum Judaicum declaraturi reum. Decem inter viros lepra correptos, ajunt, ſolus Samarita gratum Deo ſignificavit animum (β). Miſero Judæo à latronibus fere enecto ſolus Samarita opem tulit, ſprevit Judæus eundem, & vel ipſe ſacerdos, qui exemplo ſuo edocere gentem debuiſſet, quid miſero faciundum (γ). Samaritana etiam mulier claris verbis ſuam de Meſſia expectationem profitetur, & dum ab ipſo edocta, quod is eſſet, non ipſa tantum, ſed inſignis Samaritanorum numerus toto corde ejus doctrinam amplexus profitens: *nunc credimus, ipſi eum audivimus & cognovimus, hunc vere eſſe Chriſtum, Servatorem mundi* (δ). Agnoſcimus proba hæc exempla lubenti animo. Sed quid inde colligi poterit, niſi temporibus Chriſti, quibus mores Samaritanorum mutati fideſque inſigniter à Manaſſis ætate, vixiſſe apud Samaritas homines quoſdam humana æque ac Divina jura præ Judæis majori cum fide obſervantes? An vero exinde ad univerſæ gentis indolem omniumque temporum concludi commode poterit? quum tot in contrarium extent documenta clariſſima gentis variæ, fallacis, ſubdolæ? Audiamus JOSEPHUM Antiquitatum L. XI. C. VIII. p. 582. *Sunt enim Samaritæ eo ingenio, ut in Judæorum rebus adverſis negent ſuos eſſe cognatos, tunc quidem id, quod verum eſt profitentes. Sed ſi forte eos paulo lautius agere viderint, continuo in eorum communionem inſiliunt, ſuos eſſe conſanguineos dicentes, genusque ſuum à Joſephi natis, Ephraimo & Manaſſe, deducentes.* cf. L. XII. C. V. p. 610. *Samaritæ autem videntes in tali calamitate conſtitutos Judæos, non amplius profitebantur ſe cognatos eorum, neque Garizitanum templum eſſe Dei Maximi, ſed ſe Medorum & Perſarum colonos, ut revera ſunt. Miſerunt legationem ad Antiochum cum Epiſtola ſcripta*

(z) I. Paral. XXVIII. 3. *Deus autem dixit mihi: Non ædificabis domum nomini meo, eo quod ſis vir bellator, & ſanguinem fuderis.*

(α) 2. Sam. VII. C. I. 1 Paral. XVIII. 11. 12. c. 1. Reg. V. 5. VI. 1. 12. 38. VIII. 10. 11.

(β) Luc. XVII.

(γ) Luc. X.

(δ) Joh. IV.

ſcripta in hunc modum: . . . Nunc autem ex quo tibi viſum eſt in Judæos. . animadvertere, qui exſequuntur mandata regia, exiſtimantes nos hæc própter eorum cognationem facere, volunt nos in communem cum illis cauſam involvere, cum ſimus ab origine Sidonii, quemadmodum extat relatum in annalibus noſtris. His teſtimoniis profani ſcriptoris addamus ſacri! Esræ Cap. IV. Scilicet ſoluta captivitate Babylonica, reduci Babylone Eſdræ, Nehemiæ, Joſuæ Pontifici reliquiſque proceribus cum tota populi turba templum urbemque reparaturis, remque publicam tam civilem quam ſacram inſtauraturis, ſic ſtatuentibus Perſarum Principibus, Samaritani dextram fraternitatis obtulere ſociaſque operas. Tulere repulſam Samaritæ, ſive quod idola venerarentur una cum Deo Iſraëlis, atque proinde ſancti iſti viri metuerent, ne verus Dei cultus conſpurcaretur idololatrico, ſive quod mandato Regis Aſſyrii inhærentes (ε), qui ſolis Judæis ædificandi templi & urbis conceſſerat poteſtatem, migraturos ſeſe putarent Principis mandatum, ſi junctis Samariæ viribus, peragerent opus. Itaque indignitate rei permoti Samaritæ Judæorum conſiliis peſſimo dolo obſiſtunt, ædiſque ac murorum urbis ſtructuram ſufflaminant pro virili. Incuſant apud Regem Perſarum, populum varium, novas res molientem, qualibet occaſione arrepta jugum ſtudentem excutere, recuſantem tributa, ſpernentemque auctoritatem legitimam. His calumniis Regem eo redegerunt, ut ab inceptis regio juſſu arcerentur Judæi. En audacem, en fallacem populi Samaritani animum (ζ)! Demus vero adverſariis, fide atque ſinceritate ſuperari Judæos à Samaritis, quod contra evictum, an vero ex Judæorum majore pravitate, è contrario ex candore Samaritarum inſigniore in univerſum ſpectato, eoque ſolo, determinari poterit, quod codicem illi potius, quam hi corruperint, annon in id inquirendum eſſet circa controverſum locum, quanam ex parte major uſus, majuſque commodum, quo rapiuntur mortales, ſtare & emergere potuerit, ſiquidem alterutrius accuſanda fides? Nemo enim ita demens præſumi poterit, ut gratis malus ſit, vel nullius commodi cauſa textum depravare S. ſcripturæ velit. Atque ſic delabimur in ipſius cauſæ arcem, examinaturi conſilium animumque, quibus alterutra gens compelli debuerit ad vim codici adhibendam. Prodeant Judæi cum ſuis codicibus! atque videamus, quanam cauſa flecti potuerint, ut Ebalicum montem ſubſtituerent Garizitano. Patet ex utriuſque gentis hiſtoria, quod alia nulla locum habere poſſit, niſi ut ſuo templo auctoritatem conciliarent, quam demerent Samaritano. Cur autem miſelli auctoritatem conciliaturi eſſent templo, quam Deus ipſe ſua præſentia,

D ſuoque

(ε) Joseph. Ant. L. XI. C. IV. p. 556. *fieri non poſſe, ut in ſtructura ſocias manus ſibi adſciſcerent, cum ſolis ipſis templum conſtruere mandatum ſit, prius quidem à Cyro, nunc vero à Dario. Veruntamen illis licere in eo Deum colere: & hoc ſolum illis commune eſſe, ſi velint, cum omnibus hominibus, qui ad templum venerint adorare Deum.* Probant hæc certe æquum Judæorum animum, refutant ſimul calumniam ſupra allatam de excommunicatis Samaritis excluſiſque de vita æterna.

(ζ) Jos. Ant. L. XI. C. II. p. 549.

ſuoque numine conciliarat eidem (ν), ſplendidiſſimo orbis, quod ipſe ſibi ſelegit, declarando locum, ubi exſtrueretur, declarando virum, qui exſtrueret? Hoc certe ſub umbone tuti poterant eſſe Judæi, nec ulla arte fallaci indigebant obtenturi, gloriam, qua fruebantur. Tantum ergo confidere cauſæ ſuæ poterant, quantum ipſi Samaritani primitus ſuæ diffidebant. Quæſo enim, quanam ſpecie, ſua ipſis Judæis offerre auxilia poterat gens inimica, niſi de auctoritate certi & ipſi Samaritæ fuiſſent, ex mandato Dei montem Zion ſelectum præ ceteris montibus ad altra ferendum, extollendumque? Certe alia nulla, niſi Divina auctoritas tollere, quæ diviſerat animos, intergerinam materiem poterat. En enim argumentum! Aut certi erant Samaritæ de iſtius montis ſanctimonia, aut nullum de ſuo Garizitano habebant mandatum, aut denique peſſima fraude de evertenda Hieroſolyma ejuſque templo conſilia fovebant, dum ſuam obtulere opem genti Judaicæ Si prima ſententia firma, hoc eſt, ſi certiores Samaritæ fueruntde juſta Judæorum cauſa Divinoque mandato circa templum in Zione ædificandum, ſtat Ebal cum ſuo altari, nec Garizim gloriari ſua gloria poterit, dum juſtam auctoritatem agnoſcunt, dominumque & verum Legiſlatorem Deum. Si ſecunda, hoc eſt, ſi nullum mandatum Dei oſtendere poterant de exſtruendo templo in monte Garizim, ſtat item; cauſæ enim Judaicæ ſunt ipſi patroni, quod ipſa precatione, qua communem agere cum ipſis cauſam volebant, aſſerebant agnoſcebantque Divinam auctoritatem Judæorum favere conſiliis negotiiſque. Quod vero nulla auctoritate Divina fuerint ſuffulti Samaritæ, patet iterum ex rei natura, cur enim violare ipſi voluiſſent, quæ Deus præceperat? Si tertia denique ſententia locum debet habere, quod arte ſubdola evertere omne conſilium ſtuduerint ædificandi templi & urbis, dum Perſarum Rex junctas Samaritarum vires atque Judæorum veritus, veniam ædificandi, ſolis Judæis conceſſam revocaturus videretur: tum vero quarumlibet fraudum atque fallaciarum ſeſe præbuiſſent, vel teterrimarum patronos, auctoreſque ut adeo nullum dubium ſit, quin codices ſuos corrumpere plebique fabulas propinare pro veritate potuerint. Nec tamen deteſtandam hancce artem ipſis imputandam eventus docuit. Exſtructum ab ipſis poſt has preces templum probare videtur, juſto conſilio æquoque animo ſuam obtuliſſe genti Judaicæ opem Samaritas. Ergo quum ſumma commoda in gentem Samaritanam ex corruptione redundatura eſſe, in Judaicam vero nulla videamus; humano judicio ſi ſtatuendum quinam ſint loci corruptores, non Judæos ſed Samaritas declarandos argumentis convicti propoſitis, firmiter ſtatuimus. Tempus licet quo facta corruptio, & veri auctores (ϑ) ſint ignoti.

IV.

(ν) 1 Reg. VIII. 10. 11.

(ϑ) Ampliſſimi ſunt Critici ac Interpretes circa determinandum tempus, quo facta corruptio, quove auctore. Si tamen conjecturæ locus, eique ſat ſimili vero, opinamur Manaſſis temporibus factam; codices enim

tunc

IV. Tendimus tandem ad ipſa rei teſtimonia, profana æque ac ſacra, imo ſanctiſſimum. Excitemus primo loco JOSEPHI ſcripta qui ſacerdos & hiſtoricus Judæorum princeps, principem rei auctoritatem præbere poterit. Ant. Jud. L. IV. C. VIII. n. 44. p. 252. ſic: *Occupata Chananæorum terra, omnique ejus multitudine, ut par eſt deleta, aram exſtruere juſſit Moſes ad Solem orientem verſum, non procul ab urbe Sicimorum inter montes duos, Gorizæo quidem ad dextram poſita, ad lævam autem eo, qui Gibalus nuncupatur: diviſumque exercitum in ſenas tribus ſuper duobus montibus ſtatuere, & una cum illis Levitas & ſacerdotes. Ac primum quidem illos in Garizæo fauſtiſſima eis apprecari, qui religionis Dei ſtudioſi eſſent & cuſtodiæ legis, neque ea quæ dixiſſet Moiſes rejeciſſent; ſex alias vero tribus bene illis ominari, & rurſum his precantibus priores acclamare: deinde itidem tranſgreſſoribus diras imprecari, alteras alteris ad dicta comprobanda & ſancienda ſuccinentes. Fauſtas autem precationes & earum exſecrationes ſcriptis conſignavit, ut earum diſciplina nullo unquam tempore intermitteretur. Quas ſane moriens etiam aræ inſcribi juſſit ex utroque latere, ubi etiam populo denuntiat ut ſtans ſacrificet & holocauſta offerat, & poſt illam diem nunquam aliam victimam ei imponeret: non enim eſſe licitum. Hæc igitur Moyſes inſtituit, atque gens Hebræorum his conſentanea pergit facere.* Addamus nunc mandati exſecutionem à JOSUA factam extat illa Ant. Jud. L. V. C. I. n. 19. p. 274. ſq. *Jam vero exactus erat annus quintus, nec quiſquam Chananæorum amplius ſupererat, abſque iis, qui in loca munitiſſima ſe receperant. Joſua autem, motis caſtris ex Galgalis, in montanis collocavit ſacrum tabernaculum ad urbem Siluntem (opportunus enim atque idoneus videbatur locus, propter amœnitatem, donec templum ædificari res Iſraëlitarum paterentur) atque inde cum omni populo Sicima profectus & altare ſtatuit ubi Moyſes præceperat; & dein exercitu diviſo, in monte quidem Garizi dimidium ejus conſtituit, dimidium vero alterum in Gibalo, (ubi & altare eſt) & cum iis Levitas & ſacerdotes. Cum autem ſacra feciſſent & diras vibraſſent caſque aræ inſcriptas reliquiſſent, in Siluntem ſunt reverſi.* Auctori profano addamus ſacrum, & quidem primo loco mandatum, dein mandati exſecutionem. Extat ipſum illud mandatum Deut. XXVII, 1–16. *Et præcepit Moyſes & ſeniores Iſraël, populo, dicentes: cuſtodite omnia præcepta, quæ ego præcipio vobis hodie. Et erit in die illo, quo tranſieritis Jordanem ad terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi: eriges tibi lapides*

enim tunc temporis non multiplices erant, apud gentem novam, religionis ignaram, ex Judæis transfugis Ethnicisque conflatam, erat itaque corruptio univerſalis codicum factu facillima. Et forte ipſe Manaſſes falſi auctor, genere utpote viribusque ipſius terræ Samariticæ Præſidis Sanaballati ſuffultus, odio præterea ac invidia gentis Samaritanæ in Judaicam magis magiſque excitatus, Patrum denique Abrahæ, Jacobi & Joſephi virtute, aris, precibuſque ac ſepulturis, vel in ipſo monte, vel certe ad iſtius montis radices, manifeſtatis, factis, compoſitiſque, quin & Dei mandato de benedictione ibidem proferenda, conſideratis, pronus poterat eſſe non tantum ad corrumpendum locum, verum & ad perſuadendum illud negotium populo, repugnaturo licet rationibus vanis contra vim auctoritatemque Pontificis Summi. Hæc adeo ſunt ſimilia vero, ut ad fidem conciliandam fidiſſimorum quaſi teſtium fungantur vicibus.

grandes & lævigabis eos calce. Ut poſſis in eis ſcribere omnia verba legis hujus, Jordane tranſmiſſo: ut introeas terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, terram lacte & melle manantem, ſicut juravit patribus tuis. Quando ergo tranſieritis Jordanem, erigite lapides, quos ego hodie præcipio vobis, in monte Ebal, & lævigabis eos calce. Et ædificabis ibi altare domino Deo tuo, de lapidibus quos ferrum non tetigit, & de ſaxis informibus & impolitis: & offeres ſuper eo holocanſta domino Deo tuo .. Et ſcribes ſuper lapides omnia verba legis hujus plane & lucide. Dixeruntque Moyſes & ſacerdotes Levitici generis ad omnem Iſraëlem: attende, & audi Iſraël: hodie factus es populus Domini Dei tui. Audies vocem ejus & facies mandata atque juſtitias quas ego præcipio tibi. Præcepitque Moyſes populo in die illo dicens: hi ſtabunt ad benedicendum populo ſuper montem Garizim, Jordane tranſmiſſo: Simeon, Levi, Judas, Iſſachar, Joſeph & Benjamin. Et è regione iſti ſtabunt ad maledicendum in monte Hebal: Ruben, Gad & Aſer & Zabulon, Dan & Naphthali. Et pronunciabunt Levitæ, dicentque ad omnes viros Iſraël excelſa voce; maledictus homo qui facit ſculptile & conflatile, abominationem Domini, opus manuum artificum, ponetque illud in abſcondito. Et reſpondebit omnis populus, & dicet Amen &c. Subjungamus mandato, mandati exſecutionem deſcriptam Libro Joſuæ C. VIII, 30--35. *Tunc ædificavit Joſue altare domino Deo Iſraël in monte* HEBAL: *ſicut præceperat Moyſes famulus Domini filiis Iſraël, & ſcriptum eſt in volunnine legis Moyſi: altare vero de lapidibus impolitis, quos ferrum non tetigit: & obtulit ſuper eo holocauſta domino, immolavitque pacificas victimas. Et ſcripſit ſuper lapides Deuteronomium legis Moyſi, quod ille digeſſerat coram filiis Iſraël Omnis autem populus, & majores natu, duceſque ac judices ſtabant ex utraque parte arcæ, in conſpectu ſacerdotum qui portabant arcam fœderis domini, ut advena, ita & indigena Media pars eorum juxta montem Garizim, & media juxta montem Hebal, ſicut præceperat Moyſes famulus domini. Et primum quidem benedixit populo Iſraël. Poſt hæc legit omnia verba benedictionis & maledictionis, & cuncta quæ ſcripta erant in legis volumine. Nihil ex his quæ Moyſes juſſerat, reliquit intactum, ſed univerſa replicavit coram omni multitudine Iſraël, mulieribus ac parvulis & advenis, qui inter eos morabantur.* Collatis inter ſe teſtimoniis tam ſacris quam profanis videmus eadem conſpirare circa altare exſtruendum in monte Ebal. Duo tamen objiciunt adverſarii, circa teſtimonium JOSEPHI. 1) Repugnantiam 2) Calumniam. Et quidem quod ad priorem attinet, hoc cenſent. Si res Judæorum evidens fuiſſet, & mandatum Dei certum de ædificando altari ſuper Ebal, non vero Garizim, tunc hæſitare nullo modo debuiſſet JOSEPHUS in exponenda re quam maxime controverſa, nec cunctanter loqui ac pronuntiare, nedum ſecum ipſe pugnare L. IV. C. VIII. enim n. 44. ſcribit, præcepiſſe MOSEN altare exſtruendum *inter duos montes* (μεταξὺ δυοῖν ὀρέων) L. V. C. I. è contrario ſcribit ἐπὶ δὲ τῷ Γιβάλῳ τὸν ἡμίσεων ἐν ᾧ καὶ ὁ βῶμος ἐςί) *ſuper Ebal* exſtructum fuiſſe. Verum enim vero ſic nec pro ſtabiliendo altari ſuper monte Garizim inſervire Joſephi auctoritas poterit. Si inter duos montes, exſtruendum altare, utrumque noſtrum videtur

tur excludere. Cenſemus potius, quam accuſare velimus tantum auctorem inconſtantis animi, alterum locum alterius eſſe explicationem hoc ſenſu: altare conſtructum non in cacumine, ſed in clivo montis Ebal, ut ſacerdotes qui in valle ſtabant, ſacrificare & ipſi commode poſſent; clivus montis, mons appellari meretur, montis utpote pars. Extat ſimile exemplar in expoſitione à Joſua facta circa mandatum Moſis Deut. XXVII, 12. verba Moſis על הר גרזים explicat Josua C. VIII, 33. אל־מול גרזים ita, ut quod in Lege eſt *ſuper monte*, legatur apud Josuam *ad latus*, *ad clivum montis*. Sic omnis evaneſcit contradictio, proditque ipſius Moſaici mandati juſta expoſitio. Poſterior objectio fortior, hoc eſt, calumnia in his Moſis verbis: ὡς σπονδῆς οὔσης ἱερεῖον ἕτερον. οὐ γὰρ εἶναι νόμιμον. Altare exſtruendum ejus naturæ eſſe debere, ut ſacrificio pacifico illo die facto, non amplius immolaretur ſuper illo, *neque enim licitum eſſe*. Quum in Sacra Scriptura nulla omnino horum verborum mentio occurrat, tum vero adverſarii exinde concludunt, addita à Josepho, calumniandi libidine ducto, eo animo, ut Samaritæ qui vel templum ædificaverint in ipſo hoc monte, ac ſacrificia toties repetierint ſpreto mandato Dei, omnium gentium indignationem mereantur. Cenſemus omnino his verbis: *non licitum eſſe*, Mosen mandatum Dei non expreſſiſſe, uti Josephus explicat, ſed extare alia æque fortia ac clara, unde Dei voluntas colligi luculenter potuerit, in Lege Moſaica, quod in poſterum non amplius ſacrificandum ſuper altari foret, tunc temporis exſtructo. Scilicet ſanxit Deus, perpetua ſacrificia nullibi celebranda, niſi in illo loco, quem ſibi ipſe eo conſilio ſelecturus eſſet, quemque indicaret populo claris indiciis. Quum vero altare Ebalicum, non illud debuerit eſſe, tanto operi deſtinatum, propterea præcepit Moſes exſtrueretur altare ex lapidibus integris, ſuper quibus ferrum nullum vel ſerra agitanda eſſet, ſecandi poliendique cauſa. Det mihi quiſquis voluerit aliam hujus mandati rationem, quare lapides integri fuerint adhibendi, rudes, crudique, nullo modo politi, nulla arte præparati, niſi quod ad tempus ſuper illo ſacrificandum eſſet, tumultuario utpote opere exſtructo, nec perpetuis uſibus deſtinato, victas dabo manus, ſubſcribamque calumniæ. Atque proinde Joſephi verba tantum non fucum faciunt, ut potius iterum ſint mandati Moſaici juſta expoſitio. Stat itaque firmiter ſuper Ebalico monte Moſis altare, Josepho & Josua ſuis teſtimoniis, ſuaque auctoritate itidem illud adſtruentibus. Ceterum nova hic lis oboritur, quam auctoritate Moſis, & ipſius auctoris ſanctæ fidei Jesu Christi diſcutere lubet. Scilicet ut Joſuæ verba corrigant & emendent, quibus exſecutionem mandati Moſaici deſcribit, provocant adverſarii ad Chronicon Samaritanum, quod plane contraria nobis proponit. Statuunt enim adverſarii, & hunc Joſuæ locum, de quo quæſtio, Judæos corrupiſſe, ſuumque adſenſum præbent potius manuſcripto Samaritano, quod nos docet: non in monte Ebal ſed in monte Garizim extructum altare. Verba extant in Chronico hoc manuſcripto cujus excerpta quædam nobis conſervavit & Latine reddidit Hottinger,

 in

in fine exercitationum Antemorinianarum, quæ ut rite exponi queant, res altius erit repetenda, proponendaque, quum JOSEPHUS in Antiquitatibus ſuis ejusdem rei mentionem faciat ab auctore Chronici prolatæ. Extat Hiſtoria apud JOSEPHUM L. XIII. C. III. p. 639. his concepta verbis: *Apud Alexandriam inter Judæos & Samaritas, qui templi monti Garizim, ſub Alexandro M. extructi, religionem introduxerunt, exorta eſt ſeditio: atque iſtuc res devenit, uti coram Ptolomæo de templis diſceptarent. Judæis quidem contendentibus juxta Moſis præſcripta conditum eſſe templum Hieroſolymitanum, Samaritis vero Garizitanum. Regem igitur enixe rogarunt, ut ab eo in amicorum conſeſſu cauſa hæc cognoſceretur, ea conditione ut qui victi fuerint morti adjudicarentur. Et quidem pro Samaritis orationem habuit Sabbæus, ut & Theodoſius; pro Hieroſolymitanis vero & Judæis Andronicus Meſſalami filius. Per Deum autem jurarunt & regem, ſeſe probationes allaturos è* LEGE: *& à Ptolomæo precibus contenderunt, ut eum morte mulctaret, quem jurejurando non ſtetiſſe deprehenderet. Proinde Rex, adhibitis non paucis in conſilium amicis, conſedit cauſam orantes auditurus. Judæi autem Alexandrini magnopere metuebant iis, quibus jura templi Hieroſolymitani tueri contigit: ægre enim ferebant, ſi quis templi adeo antiqui, & toto terrarum orbe celeberrimi, auctoritatem labefactatum iret. Atqui cum Sabbæus & Theodoſius conceſſiſſent Andronico, ut prior verba faceret, is à lege exorſus eſt rem demonſtratam dare, & à ſucceſſione Pontificum, uti quiſque poſt patrem dignitatem adeptus templo præfuiſſet, quodque omnes Aſiæ reges majeſtatem ejus donariis muneribuſque ſplendidiſſimis auxiſſent, Garizitani vero, ac ſi ne quidem extitiſſet, neminem habuiſſe rationem illudve reſpexiſſe. Dum hæc diceret Andronicus & his ſimilia multa, Regi perſuaſit, uti decerneret, templum Hieroſolymitanum de ſententia Moſis extructum eſſe, Sabbæum vero & Theodoſium morti addicendos. Atque iſta ſunt quæ Judæis Alexandrinis acciderunt ſub Ptolomæo Philometore.* Plane contraria his habet CHRONICON SAMARITANUM. cf. p. 64. *ſqq.* apud HOTTINGERUM in Exercitationibus Antemorinianis ſic: *Reperitur in libris Hiſtoricis de rebus geſtis Bachtuczaris* (ſic Muhammedani, & ad eorum imitationem Judæi, & Samaritani, Arabice ſcribentes per Aphæreſin appellant Nebucadnezarem,) *quod is fuerit Rex ex Regibus Perſiæ, Cumque jam ſubegiſſet multas terras, cepiſſet homines, ſuoque ſubjeciſſet imperio reges: innotuit tandem hoc negotium reliquis Regibus Syriæ, qui abierunt ad Regem Sanctuarii* (i. e. Hieroſolymitanum,) *atque inter ſe convenerunt, quod imperio ſeſe Bachtnezaris, ejusque voluntati ſubjecturi eſſent. Cui etiam per annos duodecim continuos paruerunt. Anno vero decimo tertio, cum illi rebellaſſent, contraque Regem ſurrexiſſent, monuit eos Rex ac debortatus eſt, ne rebellare pergerent: at illi renuerunt. Profectus ergo* (Rex) *contra eos, anno decimo quarto, quemvis obvium ſibi, interemit: recta autem tendens Hieroſolymam, eam tamdiu obſedit, quoad tandem in poteſtatem ſuam redegit, factaque fuit ibi cædes magna. Regi quem cepit, effodit oculos, eumque domum* (i. e. Babylonem) *miſit. Reliqua vero ædificia & habitacula, quæ extruxit Salomon, filius David, combuſſit: poſtea vero, idem Rex deflectens ad noſtram*

noſtram regionem, i. e. hanc ipſam terram (Naples, ut in Chronico, & in Judæorum hiſtoriis habetur, i. e. Flaviam Neapolim, quæ olim Sichem appellata, quam ſine dubio intelligit) *publice in ea proclamari juſſit:* Quicunque poſt ſeptem dierum fluxum hic ſubſtiterit, reus erit mortis. *Tunc itaque dure tractavit homines* (ſuperſtites) *eosque à ſedibus patriis deductos in varia diſperſit loca: Et, eorum loco, populum ex Perſia, quem in hac terra collocavit, adduxit. Illi vero* (Iſraëlitæ) *pervenerunt in omnes oras mundi diſperſi & diſſipati in Orientem & Occidentem. Atque ſic impletum fuit verbum legis ſanctæ*: Deut. XXXII, 26. Et diſperget te Deus in omnes gentes, ab uno termino terræ ad alterum terræ terminum. *Accidit autem paulo poſt, ut mitterentur litteræ à Perſis illis, quos loco Iſraëlitarum in Syria Rex collocavit, in quibus conquerebantur, denegare terram proventum ſuum, & fructum ſuum: Etſi vel maxime ſpecie tenus pulcri apparerent fructus, iis tamen ineſſe aliquid lethale. Cum autem litteræ iſtæ ad Regem perveniſſent, accerſivit is principes filiorum Iſraëlis, atque percontatus illius rei rationem, qui ipſi ſic reſponderunt. Cauſa hujus mali hæc una eſt, quod, remoti à terra noſtra, cultum Deo debitum deſeruimus. Quapropter Deum, ut hanc immitteret egeſtatem, vel deſolationem, uſque quo, reduces in eam, colamus Dominum noſtrum in monte Benedicto, & offeramus ſacrificia, expleamusque quicquid nobis in Libro ſuo, per manum Prophetæ ſui (ſuper quem pax) præcepit, celebrantes invocavimus. Reſpondit Rex: Abite, & ædificate domum Domino veſtro, ſacrificate, & colite Deum veſtrum, prout conſuetudo veſtra fert: ego vero vos juvabo. Dixerunt autem: Confirma hoc nobis Chirographo tuo ad reliquos fratres noſtros, per omnes tractus diſperſos mittendo, neque enim convenit nobis, ut revertamus, niſi omnes congregati. Exhibuit itaque iis Rex Chirographum ſuum, quo reditum in Syriam permiſit, qui, ab eo abeuntes, lætati & gaviſi fuerant propter omnia ea, quæ Deus illis conceſſit. Miſit etiam Rex, & Sacerdos litteras, in omnia, quæ incoluerunt Judæi loca, hujuscemodi:* Scitote, Regem, quem juvet Deus, permiſiſſe nobis aſcendere in ſanctuarium, & ædificare illud, ibique cultu grato ſacrificia offerre. Oportet igitur, ut properetis vos, & uxores veſtræ, & liberi veſtri, & quicquid vobis præterea fuerit, ut congregati abeamus, & expediamus cultum Domino noſtro Ter Opt. Max. quem nobis præſcripſit. *Congregatus itaque fuit omnis populus, dixeruntque filii Jehudæ: Nos omnes congregati abibimus ad ſanctuarium* (Hieroſolymitanum) *& habitabimus ibi, & erimus tanquam verbum unum, & anima una: Filii vero Aharonis, & filii Joſephi contradicentes dixerunt: Non, ſed aſcendant* (omnes) *potius ad montem benedictum, ibi ædificaturi Sanctum, & erimus verbum unum & anima una. Controverſia igitur hæc, inter illos mota, non potuit dirimi, uſque dum ad regem eam deferre congregatio eorum decrevit, ubi res ita habuit. Congregati fuere filii Iſraëlis, ſocii nempe montis Benedicti Garizim,* (ſic autem ipſi Samaritani, ſe vocant) *cum libro Prophetæ Moſis, ſuper quem pax, atque inde demonſtrarunt de monte Benedicto, non autem alio* (reditum ex captivitate, reſtaurationemque prædictam fuiſſe.) *Sed & filii*

filli Judæ congregati fuerunt cum demonſtrationibus ex libris , poſt Moſen prophetam, ſuper quem pax ſit, ſcriptis, qui de domo ſancta (Hieroſolymis nempe reſtaurandis) *conſenſerunt. Allati itaque fuere libri, & lecti in præſentia Regis, cui, cum animadverteret, pleroſque tendere ad montem Benedictum, reſpondit Zorobabel, & dixit: o Rex! Liber, quem ego habeo probat reditum ad domum ſanctam,* (ſic enim in ſcriptis Orientalibus ſacris & profanis templum Hieroſolymitanum appellatur) *& jubet ſacrificia ibi offerre, quod me movet, quo minus aſcendam ſacrificatum in monte Benedicto. Reſpondit Sanaballat Levita, dicens Regi: Liber, quem habet Zerubabel, falſatus eſt & corruptus. Permitte igitur mihi, ut eum conjiciam in ignem, & ipſe Zerubabel quoque librum meum, ſi poterit, auferat, & igni committat. Permiſit Rex Sanaballato, ut abjiceret libros Zerubabelis in ignem, id quod etiam præſtitit, & protinus omnes combuſti erant. Tunc conceſſit Rex Zerubabeli: ut & is igni immitteret librum Sanballati, quem acceptum cum aperuiſſet, non poterat projicere, dicens: Liber meus, mihi ſingularis* (propterea non authenticus:) *at liber ſanctuarii,* (quem ſcilicet ille habet) *& ipſi, & mihi convenit. Reſpondit autem rex Zerubabeli: Video legêm tuam eſſe vanam cum non volueris librum ejus* (Sanaballati) *conjicere in ignem, cumque is timeret, ne occideretur, arripuit legem* (Sanballathi) *eamque in ignem jecit; at ſtatim illa ſalva rurſus fuit egreſſa. Poſtea Rex copiam ipſi fecit, ut eandem ſecundo abjiceret. Sed vix dum conjectus ille liber, ſecundo emerſit, neque quicquam à flammis accepit detrimenti. Quare ſupplicans Zerubabel Regi, rogavit eum, ut tertio librum legis Sanballathi projicere liceret, quod & indulſit: cum autem illum arripuiſſet, & caput aliquod,* (paginam) *illius libri conſpuiſſet, eumque denuo in ignem conjeciſſet, conſumtus quidem fuit locus ſputo fœdatus, liber autem ipſe in ſinum Regis integer, & incolumis illico ſe eruit. Tunc ergo ſuccenſuit Rex filiis Jehuda, & occidit ex eis quotquot aderant, videlicet XXXVI animas. Sanballathus vero à Rege magni fuit habitus, ipſe, & ſequaces ejus, deditque ipſi Rex dona* χυμάλια *varia, torques, armillas, & induit ipſum indumento ſerico. Tandem vocavit* (Rex) *duces* (Proceres) *eorum, eoſque juſſit reverti in montem Garizim* &c. Collatis inter ſe Hiſtoriis Joſephi & codicis manuſcripti Samaritani illud apparet, litem inter duas gentes exortam graviſſimam. Tempore Sanballathi extitiſſe codices, qui Garizim loco Ebal legebant, atque proinde corruptionem factam jam tum fuiſſe quod contra recentiores notandum, qui corruptionem Doſitheo adſcribunt. Videamus nunc rationes, quibus ſinguli ſuæ cauſæ patrocinium agant Judæi æque ac Samaritæ. Provocant Judæi ad ipſum Legislatorem Moſen, ex cujus præcepto probaturi eſſent, cuinam codici ſit habenda fides. Objiciunt adverſarii, quod nullibi præceptum extet: de ædificando templo in monte Zion, apud Moſen, atque proinde falſa theſis ſit & argumentum Judæorum. Altera Judæorum ratio, ſic pergunt adverſarii, eſt petita ex ipſius templi auctoritate, à Regibus magni æſtimata, à ſucceſſione Pontificum denique, quæ quidem omnia ita ſunt comparata, ut auctoritates potius, quam veræ rationes ſint, probantque cauſam Ju-

dæorum

dæorum lubricam nulloque fundamento ſuperſtructam. His duo opponimus: Provocant Judæi ad *Legem* & ex ea probare nituntur, templum Hieroſolymitanum verum eſſe, falſum Garizitanum. Lev. XVII, 4. præcipitur, ut uno in loco Sacrificetur, adeo, ut qui ſpreverit tabernaculum Dei ex gente exſcindatur, ergo diverſa loca ſtatuiſſe Deus cenſeri nequit. Et ſi quando præcepit, ut & alio loco ſacrificaretur, ſtante tabernaculo, nonniſi ad tempus erat; atqui *Silunte* erat tempore eo, quo ſacrificandum in monte eſſet Ebalico, itaque una tantum vice hoc loco ſacrificandum, ne caderet auctoritas tabernaculi, quare & lapides integri adhiberi debebant, ut ſupra diximus, tumultuarium ut ædificaretur altare. Poterant porro provocare Judæi ad *legem*, quia Deus promiſit in libris Moſis, oſtenſurum ſe locum, in quo ſacrificandum foret Deut. XII, 5 - 11. Introductis in Canaan Judæis, primo quidem in *Silo* adorare Deus voluit cf. Joſuæ XVIII, 1. Jerem. VII, 12. Rejecta illa ſucceſſit demum *Jeruſalem*, quam ſibi Deus elegit ex omnibus Iſraëlis tribubus, in eam nomen collocaturus ſuum 1 Reg. VIII, 16. 44. 48. IX, 3. XI, 13. XIV, 21. Conſtitutio hæc divina eo majoris æſtimanda, quia hicce locorum revelandus MESSIAS fundandumque ejus regnum erat cf. Hagai II, 8. & Malachiæ III, 1. Quod vero LEGIS nomine non tantum Pentateuchus Judæis veniat (ex quo tamen vel ſolo illud jam probari poteſt, templum ſive domum Dei nullibi exſtruendum prius, quam Deus ipſe indicaverit locum; ergo nec in Garizim, quod nec de hoc loquitur Pentateuchus) ſed totus Canon, id probamus ex R. AZARIA Lib. אמרי בינה c. 7. ubi varia loca ex Rabbinis profert, qui per LEGEM totam Scripturam intelligunt. JOSEPHUS & ARISTÆAS LEGEM translatam dicunt à LXX. atqui JUSTINUS MARTYR totam ſcripturam ab iis translatam affirmat. Apol. ad Antoninum Imperatorem & Dial. cum Triphone. CLEM. ALEXANDR. expreſſe dicit, illos transtuliſſe τὰς γραφὰς τάς τε ἐν τῷ νόμῳ, καὶ τὰς προφητικάς. Et ita intellexiſſe Judæos conſtat ex Evangelio Joh. XV, 25. ubi Dominus dicit eſſe ſcriptum ἐν τῷ νόμῳ *in Lege: Oderunt me ſine cauſa*, quod ex Pſ. XXXIV, 19. producit, & *nonne ſcriptum in lege veſtra eſt: Ego dixi, quod Dii eſtis*? Joh. X, 34. quod Pſ. LXXXII, 6. habetur. Quia quicunque libri Veteris Teſtamenti non Prophetici erant, *Moſis* nomine veniunt ipſi Chriſto Luc. XVI, 29. *Moſen habent & Prophetas*, quod in reliquis libris partim Moſis mentio occurrit, partim ejuſdem mandatorum exſecutio, quorum non poſtremum eſt præceptum de loco, in quo templum ædificandum eſſet, quoniam ibi Meſſias reperiundus & à falſis diſtinguendus. Apoſtolus dicit 1 Cor. XIV, 21. in *Lege* ſcriptum eſſe, *quoniam in aliis linguis & labiis loquar populo huic*, quod tamen non in Pentateucho invenitur, ſed Eſaj. XXVIII, 11. Ad eundem modum loquuntur Veteres: HILARIUS in Pſ. II. *In 22 Libros Lex Veteris Teſtamenti deputatur.* Et ipſe HIERONYMUS agnoſcit Ep. ad Algaſiam, *Pſalmos legem appellari*: & in Prologo Galeato, ita fiunt Veteris LEGIS Libri XXII. Sic Judæi R. AZARIAS in Meor Enajim *apud ſapientes noſtros multa loca reperiuntur, in quibus nomen legis complectitur*

interpres ipſe JOSEPHUS eſt, qui Ant. Jud. VII, 15. p. 415. ſcribit: *Triumphata lex.* h. e. ſacer codex. & II, 12. agens de Libris Judæorum, qui in Synagogis legi conſueverant, omnes ſub libris LEGIS comprehendit: cum tamen præter Pentateuchum conſtet legi etiam ſolitos Prophetas cf. Luc. IV, 17. Act. XV. Ergo recte poterant provocare ad MOSEN ſive LEGEM, quod partim in libris Moſis vetitum, ne ullo in loco cultus perpetuus inſtitueretur, partim in reliquis libris V. T. qui & ipſi *Lex* audiunt conſtitutum, quonam in loco ſacrificandum eſſet, hoc eſt Hieroſolymis. Ceterum cum res eſſet Judæis cum Rege gentili, atque iis qui ſolo Pentateucho uſi, reliquos reſpuebant libros, tum vero alia arma accerſenda, pugnandumque auctoritatibus erat, ita quidem, ut longa Pontificum ſeries templi Hieroſolymitani commendaret auctoritatem, quæ certe nulla hoc reſpectu, apud Samaritas. Quo autem major laus & gloria excitaretur, apud Ptolomæum, tanti ædificii, tum vero regum liberalitas extollenda & munificentia principum, qui ab Judæorum ſacris cetera alieni. *Cyrus*, impellente Deo, non tantum ædificandi templi poteſtatem dedit, verum & ablata à *Nebucadnezare* vaſa aurea & argentea munifice reſtituit Judæis. Audiamus, ESRAM I, 1. 2. 7. *In anno primo Cyri Regis Perſarum, ut compleretur verbum Domini ex ore Jeremiæ, ſuſcitavit Dominus ſpiritum Cyri Regis Perſarum: & traduxit vocem in omni regno ſuo, etiam per ſcripturam, dicens: Hæc dicit Cyrus Rex Perſarum: omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cœli, & ipſe præcepit mihi, ut ædificarem ei domum in Jeruſalem, quæ eſt in Judæa. . . Rex quoque Cyrus protulit vaſa templi Domini, quæ tulerat Nebuchadnezar de Jeruſalem & poſuerat ea in templo Dei ſui v. 9. & hic eſt numerus eorum: phialæ aureæ triginta, phialæ argenteæ mille, cultri viginti novem, ſcyphi aurei triginta.* v. 10. *Scyphi argentei ſecundi quadringenti decem: vaſa alia mille.* v. 11. *omnia vaſa aurea & argentea, quinque millia quadringenta: . . .* & C. VI, 3. 4. *Anno primo Cyri Regis: Cyrus Rex decrevit, ut domus Dei ædificaretur, quæ eſt in Jeruſalem, in loco, ubi immolent hoſtias, & ut ponant fundamenta ſupportantia altitudinem cubitorum ſexaginta, & latitudinem cubitorum ſexaginta.* v. 4. *Ordines de lapidibus impolitis tres, & ſic ordines de lignis novis: ſumtus autem de domo Regis dabuntur.* Cyri exemplum ſecutus *Darius*, mandatumque exſecutioni traditurus ſtatuit ſic: v. 8. *Sed & à me præceptum eſt, quid oporteat fieri à Preſbyteris Judæorum illis, ut ædificetur domus Dei, ſcilicet ut de arca Regis, i. e de tributis, quæ dantur de regione trans flumen, ſtudioſe ſumtus dentur viris illis, ne impediatur opus.* v. 10. *& offerant oblationes Deo cœli orentque pro vita regis, & filiorum ejus.* v. 11. *A me ergo poſitum eſt decretum: ut omnis homo, qui hanc mutaverit juſſionem, tollatur lignum de domo ejus, & erigatur, & configatur in eo, domus autem ejus publicetur.* v. 12. *Deus autem, qui habitare fecit nomen ſuum ibi, diſſipet omnia regna, & populum, qui extenderit manum ſuam, ut repugnet, & diſſipet domum Dei illam, quæ eſt in Jeruſalem. Ego Darius ſtatui decretum, quod ſtudioſe impleri volo.* Darii exemplar imitatus Artaxerxes. ESRÆ VII, 12-23. ARTAXERXES *Rex Regum Eſræ ſacerdo-*

cerdoti, ſcribæ cœli doctiſſimo, ſalutem. v 15. *Feras argentum & aurum, quod Rex & conſiliatores ejus ſponte obtulerunt Deo Iſraël, cujus in Jeruſalem tabernaculum eſt.* v. 16 *& omne argentum & aurum, quodcunque inveneris in univerſa Provincia Babylonis, & populus offerre voluerit, libere accipe.* v. 20. *ſed & cetera, quibus opus fuerit in domum Dei tui, quantumcunque neceſſe eſt, ut expendas, dabitur de theſauro, & de fiſco regis. Et à me. Ego Artaxerxes, Rex, ſtatui atque decrevi omnibus cuſtodibus arcæ publicæ, qui ſunt trans flumen, ut quodcunque petierit à vobis Eſdras, ſacerdos, ſcriba legis Dei cœli, abſque mora detis; uſque ad argenti talenta centum, & uſque ad frumenti coros centum, & uſque ad vini batos centum, & uſque ad batos olei centum, ſal vero abſque menſura &c.* Nec mirari quis poterit mortem ſubſecutam ipſam ſententiam à Ptolomæo latam, dummodo perpendat, quanto odio exacerbatæ mentes horum populorum, quot lites quotque bella abortæ adeo, ut exemplo ſtatui debuerit cruento, quantum ab diſcordia abhorrerent reges, quæ ſubditorum dilaniaſſet animas, in mutuas cædes ſubinde ruituras, cladeſque cruentas. Vindicata nunc Josephi hiſtoria ab objectionibus, quid reſpondebimus pro convellenda Samaritanorum expoſitione ipſius hujus judicii, in ipſorum Chronico facta? Nihil certe, nam ipſa ſe confutat hiſtoriæ expoſitio, orientalis fabula potius, quam hiſtoria appellanda. Non enim rationibus ſed figmentis pugnant Samaritæ, rerum ordinem conturbant, captivitatem primam Judæorum & ſecundam confundunt, utriuſque auctorem Nebucadnezarem deprædicant, contra auctoritatem ſacram æque ac profanam, atque proinde fidem omnem ipſi proſternunt, quam ſibi vindicare cupiunt. Ultimum denique, ſed graviſſimum pondus præbet argumentis ipſa Jeſu Chriſti auctoritas. Adeo celebris, imo communis iſta contentionis materies erat, ut temporibus Salvatoris recrudeſceret ipſique proponeretur decidenda à muliere Samaritana. Extat hujus rei hiſtoria in Evangelio Johannis IV. his verbis: *Ut ergo Jeſus cognovit, quia audierunt Phariſæi, quod Jeſus plures diſcipulos facit, & baptizat, quam Johannes. Quanquam Jeſus non baptizaret, ſed diſcipuli ejus. Reliquit Judæam, & abiit in Galilæam. Oportebat autem eum tranſire per Samariam. Venit ergo in civitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar juxta prædium, quod dedit Jacob Joſeph filio ſuo. Erat autem ibi fons Jacob, Jeſus ergo fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſupra fontem. Hora erat quaſi ſexta. Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Jeſus! Da mihi bibere. (Diſcipuli enim ejus abierant in civitatem ut cibos emerent) Dicit ergo Samaritana mulier: Quomodo tu Judæus cum ſis, bibere à me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana? non enim coutuntur Judæi Samaritanis. Reſpondit Jeſus, & dixit ei: ſi ſcires donum Dei, & qui eſt, qui tibi dicit: Da mihi bibere: tu forſitan petiiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam vivam. Dicit ei mulier: Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus eſt: Unde ergo habes aquam vivam? Num quid tu major es patre noſtro Jacob, qui dedit nobis puteum, & ipſe ex eo bibit, & filii ejus, & pecora ejus? Reſpondit Jeſus, & dixit ei: omnis, qui bibit ex aqua hac, ſitiet iterum: qui autem [illegible] ex aqua, quam ego dabo ei, [illegible]*

nam. Dicit ad eum mulier: Domine da mihi hanc aquam, ut non ſitiam, neque veniam huc haurire. Dicit ei Jeſus: vade, voca virum tuum & veni huc. Reſpondit mulier, & dixit ei: non habeo virum. Dicit ei Jeſus: bene dixiſti, quia non habeo virum: Quinque enim viros habuiſti; & nunc quem habes, non eſt tuus vir: hoc vere dixiſti. Dicit ei mulier: Domine video quia Propheta es tu. Patres noſtri in monte hoc adoraverunt, & vos dicitis, quia Jeroſolymis eſt locus, ubi adorare oportet. Dicit ei Jeſus: Mulier crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Jeroſolymis adorabitis patrem. Vos adoratis quod neſcitis: nos adoramus quod ſcimus, quia ſalus ex Judæis eſt. *Sed venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & veritate. Nam & pater tales quærit, qui adorent eum.* Itaque nec feminam Samaritanam, vita moribuſque reprobam, tanta controverſia latuit: de Templi Hieroſolymitani præ Garizitano gloria. Quæſtio licet prima facie videatur mutata, penitius ſi quidem rem conſiderare velis, manet eadem. Licet enim de montibus Ebal atque Garizim diſceptatio vigeat, non vero de montibus Garizim & Zion, de quibus controverſia agitata eſt Chriſtum inter atque mulierem Samaritanam; attamen quum conſtet, inter alia ex Chronico Manuſcripto ſupra allegato, Samaritanos templi ſui gloriam ex Deut. XXVII, 4. cf. Exod. XX. probaſſe, hoc eſt ex eo, quod his in locis Deus ſecundum ipſorum opinionem præſcripſerat, ut altare, ſive quod idem ipſis Samaritanis eſt, templum in monte Garizim exſtruendum foret; itaque probato eo, quod Hieroſolymitanum templum verum ſit, ſimul dederimus probatum, quod nec iis in locis h. e. Deut. XXVII, 4. collato Exod. XX. Deus præceperit ut in Garizitano, ſed in Ebalico monte, ceu Codex Hebræorum habet, altare exſtrueretur. Summum vero pondus trahit iſtud præceptum, de vero templo Hieroſolymitano, ex reſponſione JESU CHRISTI, quam mulieri dederat, quærenti: *Patres noſtri in hoc monte adoraverunt & vos dicitis, quod Hieroſolymis eſt locus ubi adorare oportet* (*a*). Duo continet mulieris Samaritanæ quæſtio: 1) CULTUS OBJECTUM h. e. illud ipſum ens ſummum, cui cultum quendam ſtatuit decernendum, 2) CULTUS LOCUM qui hicce mons eſt, h. e. Garizim. Hæc duo momenta potiſſimum obſervanda ſi reſponſionem JESU CHRISTI rite interpretari velis. Non enim alia reſpondiſſe Jeſus cenſendus eſt ac mulier quæſiverat, in re quam maxime controverſa, quæ duos hoſce populos ſciderat in partes. Hanc vero ut rite queamus intelligere quæſtionem potiora verba exponamus, deſcendendo in vocum incunabula quaſi atque primordia. Προσκυνεῖν proprie ſignificat, totali proſtratione corporis quendam venerari idque cum blando quodam delinimento, quo teſtimonium non ſolum profundæ venerationis, ſed & amoris exhibetur

(*a*) οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν τούτῳ τῷ ὄρει προσεκύνησαν· καὶ ὑμεῖς λέγετε ὅτι ἐν Ἱεροσολύμοις ἐστὶν ὁ τόπος ὅπου δεῖ προσκυνεῖν.

tur ad favorem & gratiam alicujus eliciendam (*b*). Indicantur hac voce populorum Orientalium & inprimis Perſarum mores (*c*), proſtratione corporis venerantium Reges Principeſque ſuos (*d*). Inde LXX Hebræam vocem השתחוה ſolent hac voce reddere, vel quando totum cultum veri Dei exprimit Deut. XXVI, 10. Pſ. V, 8. XXII, 30. 32. XLV, 13. &c. Hoc imitati ſunt ſcriptores N. T. & præcipue Johannes, qui de cultu Divino, ſoli Deo, eique vero, reddendo vocem hanc uſurpat Apoc. XI, 1. c. XIX, 10. Dum itaque de Patribus Samaritana dicat προσεκύνησαν, habebant certe Samaritani Ens ſummum, cui cultum tribuebant Divinum, ſive quod adorabant, & teſte JESU CHRISTO erat id PATER. Habebant porro cognitionem Samaritæ de Meſſia, & proinde vera iſta doctrina de expectatione generis humani Redemtore, vel ex hoc nanciſcitur robur, quod & ipſi Judæorum adverſarii eandem foviſſent per ſecula traditam propagatamque Atque ſic falſa ſunt quæ de cultu *Aſimæ* (*e*) ſive *columbæ*, Chriſti temporibus, falſo prodebantur, quodque à Samaritis mortuorum fuerit negata reſurrectio. Qui enim Meſſiam expectat, is & alterius ſeculi felicitatem, & mortuorum reſurrectionem credit. Commenta potius fuerant hæc adverſariorum, calumniandi libidine commotorum. Sed diſceptabant inter ſe de loco, in quo cultus hic reddendus eſſet: Patres adoravere in hoc monte. Cenſet itaque Samaritana mulier, Deum voluiſſe, ut cultui ejus publico certus in terra Canaan locus conſecraretur ex Deut. XII. XV. XVI. Id quod Meſſiæ ergo conſtituiſſe cenſendus Deus eſt, ut eo magis poſſet dignoſci à ceteris hominibus, ſi qualitas conſtitueretur, quanam in

 terra

(*b*) Hoc patet ex Etymo ejus, ſive derives à κύειν *oſculari*, quia humi proſtrati ſolebant genua pedeſve eorum, coram quibus procidebant, oſculari; ſive à κύων *canis*, quia canes ſolent ad herorum pedes blandiendo ſe dejicere eoſque lambendo demulcere, utroque modo prodibit ſenſus.

(*c*) BARN. BRISSONIUS de Regno Perſico L. I. §. 15. ſq.

(*d*) Proſtratio corporis cum oſculo ad terram fixo conjuncta, communis adorantium Deos apud gentes ritus fuit. Adi BRISSONIUM de Formulis L. I. p. 37. ſq. BROUWERUM de adorat. c. 25. Sic ſigillatim adorabant Samaritæ. Hinc in Epiſtula ad Anglus ſcribunt: "Proſternimur in terram & adora„mus dominum facie ad montem Garizim, „Domum Dei converſa." Et iterum: "pre„camur ad Deum facie ad montem Garizim, „Domum Dei obverſa, veſperi & mane, & „incurvamus nos terram verſus & proſterni„mus nos humi in ipſa ſuperficie terræ."

(*e*) [illegible] mini dabant Samaritis, quod de Samaritanis ex Columba Aquilam effingit Romanorum ſignum in monte Garizim locatum. Cur vero Samaritæ adoraſſent, quod ipſis infeſtum? SELDENUS de Diis Syris & cum eo LAMPIUS in Comment. in Joh. IV. ideo putant vocatos adotarores Columbæ Samaritas, quod Chronicon Samaritanum, auctore Relando, referat, Joſuæ divinitus doctum, traditamque miniſtram, Columbam. Orientalis fabula, quam denegat Sacer Codex. Samaritana gens ex Syria atque Babylonia origioem duxit, ut ſupra docuimus, conſtat vero hoſce populos cultum idololatricum huic præſtitiſſe avi, unde veroſimillimum à Judæis Culumbæ adoratores vocatos Samaritas. cf. BOCHARTI Hieroz. L. II. L I. c. 1. *Aſimam* porro pro *Elohim* uſurpaſſe Judæi criminantur Samaritas, eique creationem tribuiſſe mundi, Gen. I. 1. ut legerent: *In principio creavit Aſima.* Calumnia putida, non enim Aſima, ſed אלהים Codex Samaritanus habet. Nec proinde poſteriures Samaritæ confundendi cum prioribus, qui Aſimam adorarunt.

terra eſſet appariturus, & quonam præcipue in loco, ut omnium oculi converterentur in ipſum, animique ſalvari poſſent. Quare & Propheta ſecundum templum majori gloria iri inſignitum ſtatuit, quod in ipſo Meſſias præſentem ſeſe ſtiturus eſſet, Hag. II, 8. & Mal. III, 1. Hunc locum montem Garizim ſtatuebant Samaritani. Unde ſicut oraturus Judæus faciem obvertebat Hieroſolymam verſus; ita Samarita ad montem Garizim mentem oculosque erexit, docente Epiphanio Hæreſi IX, §. 2. Defendunt Samaritani hanc conſuetudinem, quod Patres in hoc monte adoraverint, nimirum Abrahamus, de quo Gen. XII, 6. 7. XIII, 4. atque Jacobus, de quo Gen. XXXIII, 20. mentio fit. Verum quum nomina non probent, ad præcepta recurrunt, & quidem ad id primum, quod Deus hunc montem ſelegerit benedictioni in illo pronuntiandæ Deut. XXVII, 12. Sed benedictio una vice peragenda nondum cultum probat, hinc vel ipſum altare perpetuis uſibus inſerviturum Divinis, erigendum conſtruendumque in Garizim, non vero in monte Ebal ſtatueruntt templo ſuo quæſituri honorem, &, id quod fieri debuit corrupere textum partim Deut. XXVII, 4. partim, ut eo majorem vim ipſi rei inderent, Decalogo undecimum quaſi adjunxere præceptum (*f*): de altari in Garizim erigendo, id quod ſcopo, quem Deus ſibi tunc propoſuit, plane contrarium erat; una enim vice ſacrificandum Deus voluit cf. Lev. XVII, 4. Deut. XII, 5. 10. Joſ. XVIII, 1. Jer. VII, 12. cf. 1 Reg. VIII, 16. 44. 48. IX, 3. XI, 13. XIV, 21. Quæ nunc cuncta Jesus Christus ipſe ſua reſponſione confirmat. *Mulier, crede mihi, quod venit hora, quando neque in monte iſto, neque Hieroſolymis adorabitis patrem* (*g*). Spectant hæc priorem quæſtionis partem, h. e. cultus objectum Divini. Ωρα *Hora*; vi Etymi ab ὁρίζω à *definiendo*, ſignificat tempus quodcunque determinatum, diſtinctum & commodum alicui rei peragendæ. Hora venit, ergo hucuſque nondum adfuit tempus illud, quo Deus in quovis alio loco adorandus eſſet, id quod omnipræſentiæ ejus idea exigere debet. Innuit proinde Jeſus, quod huc uſque in præcipuo quodam loco fuerat adorandus ad præſcriptum ſuum Deus, in poſterum vero non item, rationemque docet ejus rei v. 23. *hora nunc adeſt*, quoniam ipſe Meſſias, cujus gratia locus fixus aſſignandus erat cultui publico, jamjam aderat. Itaque ab hoc jam tempore non amplius quærendum, quonam in loco adorandus Deus eſſet,

(*f*) Exod. XX, 18. 19. 20. 21. 22. ſic: *Et fiet, ſi Dominus Deus tuus te introduxerit in terram Canaan, quorſum tu proficiſceris ad poſſidendum eam, tunc eriges tibi lapides magnos & obduces eos calce & inſcribes iis omnia verba hujus legis.*

v. 19. *Et fiet, ſi trajeceritis Jordanem, lapides hos, de quibus vobis mandata dedi, ſtatuetis ſuper monte Garizim.*

v. 20. *Ibique ædificabis altare Domino Deo tuo, altare lapideum. Sed nullum inſtrumentum ferreum iis adplicabis.*

v. 21. *Ædificabis altare Domino Deo tuo ex lapidibus perfectis, & offeres ſuper eis holocauſta Domino Deo tuo & ſacrificia ſacrificabis; & edes ibi & gaudebis coram Domino Deo tuo.*

v. 22. *Hic mons jacet trans Jordanem verſus Occidentem, in terra Cananitarum, qui habitant in campo ſupra Gilgal, e regione planitiem Moreh prope Sichem.*

(*g*) Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Γύναι, πίστευσόν μοι, ὅτι ἔρχεται ὥρα, ὅτε οὔτε ἐν τῷ ὄρει τούτῳ οὔτε ἐν Ἱεροσολύμοις προσκυνήσετε τῷ πατρί.

ſed veri adoratores adorabunt patrem ſpiritu & veritate. Emendata itaque obſcura de Divino cultu idea ejuſque objecto, jam accingit ſeſe ad declarandum, quinam ex utroque populo is ſit, qui vero in loco Deum adoraverit, ut alteri quæſtionis parti à muliere factæ ſatisfaceret v. 22. *Vos adoratis quod neſcitis, nos adoramus quod ſcimus, quia ſalus ex Judæis eſt* (*h*). Οἴδαμεν *video*, viſus, ſenſus omnium certiſſimus, quod oculis bene conſtitutis tangimus quaſi, id certo credere poſſumus, eique penitus confidere, unde ex Linguarum conſtitutione (metonymice) pro quavis vera ſcientia poni verbum poterit. Triplex vero datur ad certitudinem perveniendi via, ſenſus, ratio, & revelatio. Vos neſcitis quod adoratis. Adorabant Patrem, id quod Chriſtus ſuo teſtimonio confirmat, itaque verum Deum. Cur vero, dicit quod neſciant quod adorent? ὃ οὐκ οἴδατε. Poterat ipſis ignorantiam objicere Jeſus Chriſtus, quod Deum non agnoverint talem, qualem ſe in ſcriptis Prophetarum reliquorumque Sacræ ſcripturæ librorum manifeſtaverat. Licet enim quantum ſenſus, ratio, & revelatio quinque libris Moſis facta permittunt, Deum noſſent, ſecundum illas tamen perfectiones, quæ in reliquis libris V. T. proponebantur populo, dum per gradus eundo ſeſe cognoſcendum magis magiſque præbuit hominibus Deus, non noverant. Reliquos enim libros omnes & Prophetas rejiciunt Samaritæ (*i*), ipſorum falſæ & præconceptæ opi-

(*h*) Ὑμεῖς προσκυνεῖτε ὃ οὐκ οἴδατε· ἡμεῖς προσκυνοῦμεν ὃ οἴδαμεν· ὅτι ἡ σωτηρία ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐςί.

(*i*) Audiamus ORIGENEM L. I. contra Celſum: *Non enim unus Propheta de Chriſto vaticinatus eſt: aut ſi Samaritæ vel Sadducæi, qui ſolos Moyſis libros recipiunt, dicant* &c. EPIPHANIUM L. I. Hæreſium, Hæreſi IX. n. 2. p. 24. *Porro à Judæis ea re primum differunt Samaritani, quod iis Prophetarum ſcripta ſecundum Moyſen minime ſunt tradita, ſed quinque duntaxat volumina, quæ per Moyſen Iſraëlitarum generi ſunt data, cum ex Ægypto deceſſiſſet. Sunt hæc Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium.* CHRYSOSTOMUM Hom. XXXII. in Joh. IV. *& unde Samaritani Chriſti adventum expectabant, cum ſolum Moyſen recipiant?* Addantur his teſtimonia PHILASTRII, LEONIS BYZANTINI, PASCHASII RADBERTI, EUTHYMI ZIGABENI, NICEPHORI CONSTANTINOPOLITANI, HONORII AUGUSTODUNENSIS, NICETÆ CHONIATIS in Tomis V. IX. XIV. XIX. XX. XXV. Bibliothecæ Patrum Inter recentiores vero audiatur R. BENJAMIN in Itinerario ſuo apud WALTON Prol. XI n 6. ſic: *Centum circiter Cuthæi legis tantum* *Sacrarum autem ſcripturarum volumen, quod tunc extabat, cum primum in Samariæ regionem ſunt ingreſſi, ab initio receperunt, Pentateuchum nempe, & neſcio an aliud aliquid. Prophetas vero & alios libros, qui poſtea prodierunt, cum tunc temporis non extarent, ſic hodie inter ſacros non adnumerant.* Liber Joſoæ, quem promiſere Samaritæ recentiores, miſſuros Scaligero (Morini Ant. Eccl. Or. Ep. I. p. 125. ſq.) aliud quid eſt ac iſte liber Judæorum, qui titulum Joſuæ præ ſe fert. Eſt Chronicon quoddam XLVII. capita complectens, cujus excerpta latine reddita nobis HOTTINGER conſervavit, ut ſupra monuimus. Incipit iſtud Chronicon à Moſis tempore, quo Joſuam ſibi ſucceſſorem ſelegit, qui vitæ eventus Joſuæ libro titulum dedit. Compoſitum iſtud Chronicon Seculo III. circa finem, à Joſua enim ad Adriani uſque tempora porrigitur. Pſalmos etiam miſſuros promittunt, unde & habere debent, ſed ſi habent, aliud eſt poſſidere, aliud inter Canonicos proferre libros, prius concedi poteſt, poſterius non item juxta allata patrum & recentiorum ſcriptorum teſtimonia. Chronicon impreſſum nondum extat. Dono datum SCALIGERO à Samaritanis, qui Bibliothecæ Leidenſi illud obtulit.

Digitized by Google

opinioni contrarios, quaſi templum Garizitanum reliquis præferendum locis omnibus, in quibus adorandus Deus. Ergo hoc reſpectu ignorantia ipſis tribui Samaritis poterat. Quod non adeo juſta grataque de Dei perfectionibus, nec proinde de ejus cultu, idea poterat eſſe, ac temporum poſtulaſſet ratio. Præſcripſit enim Deus, licet ſub figura, ut ſolo hoc exemplo utar & imagine, quomodo adorandus in templo Hieroſolymitano eſſet, quomodo ſacrificiis expiandus reſpectu Meſſiæ venturi, totius generis humani redemtoris, non ſolum Samaritarum aut Judæorum, quomodo, hoc præſente, omnis iſta figura peritura, atque proinde in veritate eſſet adorandus & Spiritu Deus. Dum Samaritæ iſti ſuo adhæſere templo & præjudicio iſti, ac ſi in ſola Cananæa gleba, ut ita dicam, præſens Deus eſſet, ibique locorum adorandus, tum certe ipſorum ſpiritus penetrare ad immenſam illam Dei cognitionem nequiverat, obnubilatus, qua ut potentiæ ſuæ, ita & beneficentiæ, atque præſentiæ per orbem diſperſæ monumenta extare voluerit, ergo & cultus, ab omni populo terrarum præſtandi. Id quod in libris Propheticis utramque paginam efficit, ubi Meſſiæ regnum per orbem extendendum legitur, rationi ſoli ignotum, populiſque omnibus & ſingulis grata & ampliſſima Deum adorandi ſpiritu præbenda materies eſſet. Privati itaque Samaritæ dum libris Propheticis eſſent, in quibus omnis cultus ratio erat depicta & Divinæ gubernationis ſcopus propoſitus, tum certe ignari poterant dici ejus ipſius rei, quam adorabant. Movet nos, ut de Revelationis neglectu interpretemur iſtam iſtius ignorantiæ Samariticæ, cauſam, id, quod ſe Judæorum turbæ in univerſum ſpectatæ, jungit Jeſus Chriſtus. Conſtat enim inter omnes, quod ratione cognitionis veræ ac vividæ minima licet pars Judæorum in cenſum venire potuerit, ac ſi vere ſciverit, quid adoraſſet; dandum tamen illud erat, quod ratione principii cognoſcendi non ignari fuerant, dum & libros volvere poterant S. Sc. & volvebant, litteræque mordicus inhærebant, in ipſo præterea loco, quo vera doctrina doceri & examinari poterat, vivebant, ac verſabantur, tempore potiſſimum Chriſti, qui præſens Hieroſolymis doctor erat omnis litteræ ſcopus. *Salus enim ex Judæis eſt*, hoc eſt, & libri ſalutem propoſituri, & doctores ſalutis viam ſternentes, & ipſe Meſſias ſalutis utpote auctor ex Judæorum prodituras proſapia eſt. Ergo nos ſcimus, certe ſcire poſſumus, quæ adoramus, vos è contrario & libris Propheticis deſtituti, & templo vero excluſi, & mea doctrina privati me que doctore, me veræ ſalutis omnium populorum auctore, vos inquam neſcitis quod adoratis. Ergo falſa de Garizitano loco temploque tuo ô mulier ſententia, falſa patrum allegatorum auctoritas, falſa quæcunque aſſertis vos Samaritæ, ſcripturæ teſtimonia, veſtram probatura ſententiam: odio quippe invidiaque ducti in Judæos, violentas adhibuiſtis ſacro textui manus. Corruat itaque cum ſuo ſplendore templum Garizitanum, palmamque concedat Hieroſolymitano. Samarita recedat confuſus, Judæuſque & Chriſtianus omnis ſuo fidat codici, perpetuis temporibus de quorumlibet populorum triumphaturo erroribus. SALUS ENIM EX JUDÆIS EST, omnium populorum ſpes & ſolatium, cui fidant, quodque reverentur. Cui ergo & à nobis ſit laus, honor, & gloria, in ſeculorum ſecula!

TANTUM.

VA 1
1501850